§ 40 Videamus nunc de donationibus que fiunt alijs mulieribus que non sunt cōcubine. Et primo de meretricibus que palam questum sui corporis faciunt. vt. l. palā. ff. de ritu nup. vbi tex. 1 not. innuit mulierem dici † meretricem si inhoneste duos causa questus admisit. ad hoc commendat illum tex. Abb. in. c. cum decorem. in fi. s. de vi. ⁊ honesta. cle. ⁊ in. c. inter opera. in fi. s. de sponsa. idem si per 8 xx. horas sterit in meretricio vel lupanari. Nā ex hoc solo censetur publica meretrix. vt no. Salic. in. l. qui adulterium. C. de adulteriis. ¶ Et teneas pro constanti quod † donatio facta istis publicis meretricib? 2 valet. vt est textus in. l. iij. §. sed ⁊ quod meretrici. ff. de condi. ob turpem causam. ⁊. l. affectionis. ff. de dona. no. in. l. secunda. C. de condi. ob turpem causam. ⁊ in. l. mercalem. eodem titulo ratio est quia hic versatur turpitudo solum ex parte donatoris: non autem 3 ex parte meretricis. quia licet † turpiter faciat eē meretricem: nō tamen turpiter recipit cum sit meretrix. vt dicto. §. sed quod meretrici. et glol. in capitulo ex transmissa. s. de decimis. quando autem turpitudo versatur ex parte dantis non autem ex parte recipiētis: iuste recipitur quod donatur vt per totum titulum. ff. ⁊ C. de condi. ob turpem cām. ¶ Et procedit 9 hoc non solum quando res meretrici donate fuerūt sibi tradite vt loquuntur iura predicta: sed etiam qñ 4 non fuerunt tradite: fuit † tamē pignus datum: quo casu ne: tum poterit retinere pignus sed etiam poterit agere contra donatorem vt pignus redimat. q: licet pignus remaneat in dominio obligantis. vt. l. pignus. §. de pigno. actio. tamen sicut dominiu: rei tradite queritur. vt lege traditionibus. C. de pactis. ⁊ institu. de rerum diui. §. per traditionem. sic etiam per traditionem pignoris queritur ius in pignore. vt 5 traditur in preallegatis iuribus. vnde sicut † dominium pecunie vel rei donate meretrici. per traditionem ei acquiritur: sic ⁊ ius pignoris reale sibi acquisitum est. Ita tenet Lyn. in dicta lege secunda. C. de conditio. ob turpem causam. quicquid dixit ibi glo. que debet intelligi de muliere non meretrice. de qua infra subijciam. ¶ Quinimo quod plus est subdit Lyn. in dicta lege secunda: in fine. quod si scholaris promisit meretrici ob libidinem secum habitam: vel nitmodo meretrix coram rectore vel doctore: facit citari scholarem ⁊ petit ab eo illud quod sibi promisit quod poterit illud facere: quia. qui retinet meretrici promissa iniuste facit ⁊ sic peccat secundum eū. Idem in effectu voluerunt ibi Angel. ⁊ Salice. Angel. in. l. prima eodem titulo. Bartol. in. l. affectionis. ff. de donatio. ⁊ in. l. generaliter. in fine. ff. de verborum obligationibus. et ibi etiam Alexand. ⁊ Franciscus de aretio. Barto. ⁊ Alexand. in dicta. l. iij. §. fi. quod meretrici. ff. de condition. ob turpem causam. Lynus ⁊ Salic. in. l. ea que. C. de donatio. ante nup. ¶ Mouentur ipsi primo per tex. in dicto. §. sed ⁊ qđ 7 meretri. vbi dicitur quod licet † turpiter faciat meretricem esse: non tamen turpiter recipit cum sit meretrix. Si autem turpiter non recipit: ergo iuste recipit ⁊ domina efficitur rei donate. ista autem ratio non minus militat in donatione re non tradita: sicut quādo res traditur. Secundo facit tex. in dicta lege affectionis. dum generaliter permittit fieri donationem meretrici: sed constat quod ad validitatem donationis non requiritur traditio cum etiam absenti donari possit. vt. l. absenti. ff. de donatio. ⁊ in capitulo si tibi absenti. de prebend. libro sexto. ergo dispositio illius textus habet locum in promissione facta sine traditione. ¶ Tertio speciale est in milite et minore ꝓmittente † concubine vt non obligentur. vt nota. in dicta. l. affectionis. ergo in contrarium est ius cōmune in alijs. vt lege ius singulare. de legi. ¶ Quarto facit textus valde singularis in lege multum. ff. de verborum obligationibus. vbi ad validitatem stipulationis potius inspicitur persona stipulatoris quā promissoris: cum autem in promissione que fit meretrici non fit turpitudo ex parte meretricis stipulantis postquam meretrix est: vt in dicto. §. sed et quod meretrici. licet turpitudo sit in promittente: potius inspiciamus personam ipsius meretricis. Ita ponderat ⁊ inducit illum textum Paul. de castr. ibi. Et idem tenuerūt Hugo ⁊ Archi. in capitulo qui vendatoribus. lxxvj. dissin. facit quod in similibus videmus in iudicijs vbi magis attenditur persona petentis quā rei: quia licet reus nullum ius habeat: si tamen petens etiam non habeat nō obtinet. vt lege prima ff. ca principi. ff. si pars heredi. pe. ⁊. l. fina. C. de rei vendi. sic ergo in casu nostro inspiciamus personam stipulatoris. id est meretricis cui fit promissio ex cuius parte non interuenit turpitudo. non autem personā promissoris turpiter promittentis: quia eius turpitudo nō habet vitiare promissionem. vt dicta lege multum. ¶ Cuius ratio est secundum Franciscum de Aretio. ibi in secunda columna. quia si stipulatio continens turpitudinem ex parte promissoris annullaretur ipso iure vel in effectu: tunc ille qui turpiter promisit: nullam pateretur penam. immo puniretur stipulator: qui turpiter non recepit. quod esset absurdissimum. Sed ecōtra quando turpitudo est ex parte stipulatoris si stipulatio non esset annullata: tunc stipulator non puniretur ex sua turpitudine. Unde in vtroque casu per eandem regulam statuitur oppositum. Videlicet ne quod odio

alterius inductum est: cōuertatur in eius fauorem. vel ne quis ex delicto suo lucretur. contra legem relegatorum. §. fina. ⁊. l. sequenti. ff. de interdi. ⁊ releg. et quod habetur in regula quod ob gratiam. de regu. iur. que quidem ratio subtilis est ⁊ satis singularis: ⁊ a nemine tacta nisi ab illo vt ipse dicit. ¶ Et istud teneas quāuis glo. in. d. §. sed ⁊ qꝫ meretrici. et 12 in. d. l. ij. C. de condi. ob tur. cau. ⁊ in. l. affectionis. ff. de dona. ⁊ in. l. ea que. C. de dona. ante nup. teneant contrarium. quam opi. tenuerunt Bal. Ang. ⁊ Pau. in. d. §. sed ⁊ quod meretrici. Jo. de imo. in. d. l. generaliter. in fi. ff. de ver. obli. ⁊ Alexandrinus in presenti. fundamentum principale istorum doctorum est. quia ista promissio est turpis seu ex turpi causa facta: et ideo non valet. vt l. generaliter prealegata. Istud non est verum quia meretrix in eo qđ est meretrix turpiter facit: sed ex quo talis est: non turpiter accipit nec turpiter stipulatur. ⁊ sic ista prima ratio non procedit. ¶ Secundum fundamentum eorum est quia quedam honeste accipiuntur que nō honeste petuntur. vt. l. j. ff. de variis ⁊ extraor. cog. quia 13 licet in casu. d. l. j. illud quod retinetur possit iuste retineri: non tamen possit honeste peti: non tamen sequitur. ergo nec in isto casu. Ita excludit Lyn. has duas rationes in. d. l. ij. in fi. C. de condi. ob tur. cau. ¶ Tertiū est tex in. l. ea que. C. de dona. ante nupt. vbi si aliquis promisit donare alicui mulieri vt sponsa fieret: que tamen sua sponsa esse non potuit: non 14 tenetur illud ad implere. Ad hoc respondet Alexan. in. d. l. generaliter. quod ideo ibi non potuit illa mulier agere: quia donatio cōtinebat modum seu causam impossibilem: quia illa non poterat esse sponsa eum ille aliam haberet vxorem. ⁊ ita non erat in potestate mulieris quod valeret matrimonium vel ꝑ duceretur in sponsam. et ꝓpterea agere nō potest virtute illius promissiōis. sic dicit Ly. in. d. l. ea que. 15 qui pro hoc alleg. no. in. l. a diuo pio. ff. de ritu nupt. ¶ Quartum fundamentum est tex. in. l. fi. §. seia. ff. 10 de act. ⁊ ob. vbi si † meretrix aliquid promisit lenoni. ex hac promissione leno agere non potest: sicut ergo ipsa non potest conueniri ratione sue promissionis. sic etiam iuuetur is qui aliquid ei promisit: vt ab ea conueniri non possit: quia vt dicebat ibi Bartol. ibi non fuit facta stipulatio. et sic non nascebatur actio ex promissione de donando secundum tempora. ffo- 16 rum. Sed reuera ille tex. non se fundat super stipulatione. et ꝓpterea melius videtur intellexisse illū textum Bart. in. d. l. affectionis. ff. de dona. qui dicit quod ille tex. loquitur in meretrice promittente alteri: que quidē promissio valde a lege reputatur exosa. vt no. in. l. que adulterium. C. de adulte. et ita turpitudo versatur ex parte recipiētis cuius persona magis est attendenda ad validitatem stipulationis. vt d. l. multum. ff. de verborum obligationibus. et iste intellectus placet Alexan. in. d. l. fi in apostillis. Hūc etiam tenet Bal. in. l. j. ff. colum. C. de condi. ob tur. cau. qui reputat valde singularem tex. in. d. l. fin. ad 1 hoc sic etiam intellexit eum Ang. in. d. §. sed ⁊ quod meretrici. in fi. et ibi etiam Barto. ⁊ Pau. de castr. et 2 Alexan. in. d. l. generaliter. ij. colum. ff. de verborum 11 obligationibus meretricis † enim est propropium recipere pretium nō dare vt dicitur Ezechielis. xvj. 3

capitulo non est ergo mirandum si dicamus non valere promissionem factam a meretrice lenoni: vel meretrico causa meretricij. ¶ Quintum fundamētum est. meretricem esse ⁊ ad meretrices accedere prohiber dominus. primum est deutero. xxiij. secundum est Exo. xx. ⁊ deutero. v. ⁊. xxij. q. iiij. c. meretrices. ⁊ c. nemo sibi blandiatur. ⁊ sic † coitus cum meretricibus est damnatus. vt dicto capitulo nemo. et capitu. liberorum. et capitu. dicat aliquis. ea causa et questio. sed vbi aliquid promittitur pro coitu dānato: non tenet promissio. vt est casus in. l. mercalē. C. de condi. ob tur. causam. no. in lege secunda eodē titulo signanter per Lynum et Angelum. Ad hoc dicendum quod licet meretricum sit peccatum ⁊ a iure reprobatū: tamen ecclesia illud tolerat et sub dissimulatione pertransit causa maioris mali vitandi. vt capitulo duo. ⁊ capitulo nerui. xiij. di. et not. in capitulo inter opera. de sponsa. et propterea lex non punit meretrices. Vide Archiepiscopuz flo. in summa. ij. titu. secundo capitulo quinto. Nam vt inquit aug. hoc facit † meretrix in mundo: quod sentina in mari: vl cloaca in pallatio. tolle cloacam: ⁊ replebis fetore pallatium: ⁊ similiter de sentina. tolle meretrices de mundo: et replebis ipsum Sodomia propter quam causam idem augu. ait in. xiij. de ciuitate dei. quod terrena ciuitas vsum scortorum licitā turpitudinem fecit. refert sanctus Tho. iiij. de regi. ꝑncip. xiij. Ex istis ergo concluditur quod valet † donatio promissio et pignoris datio facta meretrici: et quod ex hac causa acquirit suuz facit: nec fiscus potest ab ea auferre. Nam quod sepe cum peccato fit: nec charitate acquiritur: non fundatur in charitate: ita quod perdendo charitatem ipsum perdit necesse sit. quia non videtur charitas plus requiri ad rei conseruationem quam ad rei inceptionem et acquisitionem. † dominium enim ciuile acquiri potest 15 cum peccato quia meretrix acquiritur dominium pretij meretricij cum peccato. peccat enim meretricando sed non peccat recipiendo pretium. imo regulariter loquendo pretium efficitur eius sic quod nō tenetur ad restitutionem. nec etiam necessarium est ei ad salutem illa erogare pauperibus. ita dicit conradus de contractibus. q. vij. prima conclusione. vbi plene probat quod dominium ciuile sicut nec Euangelicum fundatur in charitate. Ex quo infert † qđ de his potest libere, disponere: testari: elemosynam facere: et decimas soluere. vt est gl. no. cum iuribus in ea alle. in. c. ex transmissa. s. de deci. de quo etiā. f. parti. ti. xx. l. xij. et per Ly. ⁊ Ange. in. d. l. ij. C. de condi. ob tur. cau. per Bal. in. l. j. in. ij. colum. ver. item si do pecuniam meretrici. ¶ vide. c. oblationes. xc. dist. Abb. in. c. j. de vi. ⁊ hone. cle. ¶ Et intellige dūmodo in acquirendo fraus vel dolus abfit. vt per sanctuz Tho. ij. ij. q. xxxij. ar. vij. de quo meminit Florentin? in. ij. parte. titu. ij. c. v. in prin. ⁊ hec sint quantum ad meretrices.

☞ Mulier si a clerico seculari aliq̄d recipit vt eaz corumperet an teneatur ad restitutionem.

Mulier cōiugata si ꝑ opere carnali aliquid dederit seculari viro dz hoc restituere viro si illa de rebꝰ dotalibus: parafernalibus vel communibus dedit. Necessitatis tempore potest quis aliena furari.

De donatis vel promissis

§ 41 aliis mulieribus q̃ue nō sunt cō cubine vel meretrices: dicas breuiter q̃ si promissio stat in suis terminis: quia nō est processum ad traditionē: nō obligat promittentē: q̃ si processum extitit ad traditionem nō repetit qui donauit: vt puta si scholaris luxurios accessit ad mulierē non meretricem & dedit sibi propter fornicationem vnā domum: postea vult repetere: certe non potest: quia in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. Jn isto autem casu reperitur par causa turpitudinis. ergo ꝛc. iste est casus qui sic debet intelligi ꝑ m Ly. & alios in. d. l. ij. C. de condit. ob tur. cau. Idem dicit ibi Ly. post Jac. de ra. si non est processum ad traditionem rei donate sed facta est promissio et datum est pignus. quia vbi non statur in finibus promissionis sed proceditur vltra ad traditionem pignoris: idem operatur traditio pignoris quo ad trāslationem iuris in pignore. quod operatur traditio rei donate quo ad translationem dominij. Unde sicut dominium rei solute acquiritur mulieri: sic et ius pignoris reale acquisitum est. Unde iste dans nullo iure habet repetitionem sed retentionem: quia in pari causa ꝛc. de quo latius ꝑ Alex. post Bar. & alios in. l. j. in princ. ff. de condi. ob tur. cau. dic vt ibi. Sed aduerte ne decipiaris: quia licet his duobus casibus quando 2
processum est ad traditionem rei donate vel pignoris: donator non possit repetere: bene tamen poterit fiscus a muliere repetere. vt. l. lucius. ff. de iure fisci. Ex quo infertur quod mulieres nō meretrices que a fornicatoribus suis accipiunt dona. incinctoris aureis et in perlis sicut de quibusdam scio que quorundam amasiorum substantiam exhauserunt: retinere non possunt. & in iudicio fori & anime ad restitutionem tenentur. ita dicit Ly. in. d. l. ij. C. de cond. ob tur. cau. quem refert & sequitur Ang. ibi. hoc multum commēdans: de quo etiam meminit Troylus in questione oblationum posita post tractatū Barba. de cardi. in. ij. dubio. in. iiij. colum. dicens forē mēti tenendum. ADD Jdem Vide Archiepiscopum flo. in sum. ij. parte. ti. ij. c. v. in prin. & speculum conscientie. lib. ij. c. xxx. §. est & discipulum. sermone. cxj. ti. col. incipit ostendite. TJO. Cpsi tamen non aperiunt cui tenetur restituere. vnde tu videas pulchram distinctionem quam ponit Henricus in. c. peruenit. j. de adulte. in. ij. di. post Jasten. in summa. qui dicit q̃ si
1 mulier † recepit a clerico seculari de rebus proprijs non tenetur ei restituere etiam si sit monialis sed acquiritur monasterio eius illud quod accepit. honestius tamen est quod monasterium illud non retineat sed eroget in pios vsus. Si autem acceperit a clerico seculari de rebus ecclesie debet fieri restitu- 3
tio pauperibus illius loci. si indigent: et ecclesia satis abundat. alias melius est quod in vtilitatem ecclesie pauperis conuertatur. Arti. xvij. q. iiij. si quis in atrio. §. de offic. ord. cum vos. nisi episcopus velit dispēsare cum muliere que recepit vt retineat illud si est secularis. aut cum monasterio si est regularis. 1
CSi autem recepit a persona regulari de rebus monasterij (Quod p̃sumendum est nisi de contra- 2
rio conster) aut recepit ab habente administratio-
nem et tūc debet fieri restitutio monasterio vel prelatui vel administrationi de cuius bonis datum est et potest fieri restitutio eidem persone que dedit si adhuc remanet in administratione illa maxime si creditur correctus. alias tutius est quod ei non reddatur sed fiat quod dictum est. ē. Si tamen tali nō correcto facta sit restitutio: liberata est que accepit. Si autem motus est ab administratione illa: aut si est simplex claustralis qui dedit: fieri debet restitutio monasterio vel prioratui vel administrationi. nec liberabitur si soluerit illi qui dedit: nisi tunc demum cum conuersum fuerit in vtilitatem monasterij vel prioratus vel administrationis: nec desinere poterit a monasterio illi⁹ mulieris regularis illud quod recepit a regulari alterius loci. nisi de consensu abbatis & conuentus si donum fuerit magnum: aut abbatis si fuerit paruum vel mediocre. C Dō autem dictum est de rebus talibus datis a regularibus personis: intellige etiam de rebus datis a personis secularibus etiam laicis qui nō sunt sui iuris. vt cum seruus & filiusfa. dant taliter de rebus eius peculiaribus. nisi rerum illarum habeant ita liberā administrationem quod quasi patresfa. de eisdem disponere possint. CItem quod dictum est de monialibus respectu viri secularis: tenendum est econuerso quando vir regularis recepit aliquid a muliere regulari. vir autem secularis quod † a muliere coniugata recipit pro carnali opere: debet restituere viro si illa de rebus dotalibus parafernalibus vel communibus dedit. Si autem dedit de parafernalibus⁹ aut si mulier soluta dedit aliquid amasio de rebus propijs: licet fit honestum quod expendat illud in pias causas: non tamē tenetur nisi velit. poterit etiā ei restituere que dedit: quod videtur melius si peniteat vel egeat. hec sunt verba Henrici vbi. §. que mihi placent et volui ea referre: quia articulus est satis quotidianus. et alibi ita bene non enucleatus de quo etiam per Alexan. de hales in suo tractatu restitutionum: quem refert et sequitur Henricus herp. in suo preceptorio precepto. vij. sermo. xij. colū. iij. ver. quantum vero ad secundum. vbi videas. Et hoc est contra illos qui munuscula mulierum conseruant & sollicite et feruenter aspiciunt vt carū mei moriam teneant. vt dicit dominus cardi post Paul. in cle. vnica. ver. o excellentissimum. de reli. et vene. sancto. cuz potius illa restituere debeant quā primū possunt personis de quibus dictum est. ē. C Unus tamen iuxta predicta non est omittendum q̃ quādo vir qui aliquid recepit a muliere vel econtra: illud quod accepit debet in pauperes erogare vel donā ti restituere: si is qui accepit est in maxima necessitate: non tenetur restituere. sed salua conscientia potest sibi retinere. quia † tpe talis necessitatis potest q̃ aliena furari: ergo eadē rōne poterit sibi retinere q̃ erat restituturꝰ. Jstꝰ est singulare dictū Ric. iij. sen. di. xv. q. iiij. de quo p modernos in tract. maleficiorū. char. ccxix. iij. col. al's in parte medicine de maledicti. xiiij. co. de q̃ lati⁹. j. subijcia in. vij. limitatione.
☞ Donatio inter eos q̃ aliquo modo cōiuges cōtingunt per patriam potestatem non valet.
Allegari possunt exempla probatorum viro: um in decisionibus causarum.

3 Femine non habent liberos in potestate.
4 Mulier obligationi viri consentiens: vel cū viro se obligans vel se aut rē suam obligans pro viro ipso iure sibi non preiudicat.
5 Uxor mea non potest donare filio meo familias nisi similes aut clericus.
6 Aduentitium respectu clericorum dicitur castrense vel quasi castrense.
7 Clerici in potestate parentum constituti possunt licite disponere & testari de omnibus aduentitijs & illud etiam intelligēdum de clericis in minoribus cōstitutis.
8 Clericorum appellatione veniunt clerici in minoribus constituti.
9 Fructus beneficiorū filij fa. clerici etiam in minoribus constituti non acquiruntur patri. 2
10 Filiusfamilias potest in causis beneficialibus esse in iudicio sine consensu patris: & suo nomine constituere procuratorem.
11 Pater si bona aduentitia filij in quibus pater non habet vsumfructum dilapidauit & consumpsit fratres tenent hoc damnuz emendare: secus si pater fecit aliquos sumptus filio in studio.
12 Pater vsumfructum in bonis filij ante clericatū habens an illum retineat post clericatum. 3
13 Patria potestas morte filij soluitur tamē nō finitur vsusfructus formalis retro quesitus ratione patrie potestatis.
14 Patria potestas an soluatur per clericatum.
15 Ingressus monasterij nō facit patrē perdere vsumfructum quem habebat in bonis filij: nec respectu preteriti temporis neq̃ futuri.

§ 42 Ampliaquarto predicta: vt
1 necdum fit prohibita donatio inter cōiuges cōstante matrimonio: sed etiam inter † eos qui aliquo mō cōiuges cōtingūt per patriam potestatē. quod quatuor modis cōtingit. vt si vnus cōiugū est in potestate sua: vel quia tu es in potestate tua: vel quia tu & ipse estis in potestate eiusdē: vel quia tu & ipse habetis cōiuges in potestate. Si ergo aliquo istorum modorū contingo maritū alicuius: nō potero vxori sue donare. Et qui vxorem alicuius aliquo de predictis modis contingit: eius marito donare prohibetur. Item & qui contingunt cōiuges per ptātē sibi inuicē donare non possunt. omnia ista probantur. in. l. iij. §. qui in eiusdem. vsq̃ ad. §. non tamen. ff. isto ti. & l. inter eas. C. eo. & l. vsq̃. ff. ad maced. ADD Unde si cut non est licitum marito donare vxori: sic nec interposite persone maxime si se contingāt ꝑ patriam potestatem: nec fiet̃ pōt fieri donatio interposite psone. quia illud qđ nō pōt fieri directe: non pōt fieri per interpositam personā. vt. l. si per impressionē. C. quod me. cā. sicut dicimus de patre qui relinquit amico filij spurij de quo confidit: iuxta no. in. l. si. C. de his q̃. 4
vt indig. Item de forensi qui per se non pōt acquirere bona stabilia in aliquo loco per se: non poterit similiter per vxorem: licet ipsa non sit forensis ꝑm Fradi. are. in. d. l. si per impressionem. redeo ad ꝓpositum.
TJO. Et ita si volo donare marito filie mee et sic genero meo: nō possum. quia eius vxor in mea est potestate. vt. d. §. qui in eiusdem. & l. cum hic status. §. oratio. ff. isto ti. & l. si vt proponas. C. eodem. aliam rationem assignat Plutarchus in suis problematib⁹. quid est inquit: quod a gñō ac socero ijsdem aliquid dono capere non licet: an idcirco a genero ne forte p parentem munus ad vxorem redire videatur: a socero autem quod qui nihil dedisset: eum nihil accipere par esse visum est: hec ille. sed reuera he rationes parum vigent vnde verius puto hoc ita dispositum fuisse propter patriam potestatem. vt dicunt iura predicta. Sed videtur quod socer possit donare genero. Nam regula Tobie genero suo iam constāte matrimonio tradidit dimidiam partem omnis substantie sue in pueris: in puellis: in pecudibus: in camelis et in vaccis & pecunia multa. vt scribitur Tobie decimo capitulo. exempla autem & probatorum virorum maxime de quibus in sacra scriptura sunt allegande in decisionibus causarum. vt in auten. vt non luxu. contra naturam. in princip. in. c. vides vt opinō xxiij. q. vj. in. c. de quibus. xx. di. Sed nō obstat: quia licet dicat tex. qđ tradidit genero est tamen subintelligendum nomine vxoris. vt probatur eo. lib. c xj. & ibi & etiā pecunia multa nimis vxoris. Nec ob. l. iij. §. socrui. ff. eo. et. l. si te in vacuā. C. eo. quia ille leges loquunt̃ in socru & nuru: vel socru & genero que alterū cōiugū ꝑ potestatē non cōtingit. Eo q̃ & f. mine liberos in potestate non habent. vt insti. de adop. §. femine. & ff. de' bo. po. contra tab. l. illud. §. ad testamenta. & ideo in casu illarum legū valet donatio: sz in casu nostro non valet adeo quod nec morte donatoris confirmaretur: nisi etiam filia premoriat̃ huic genero. vt. l. mortis sue causa. ff. isto ti. & d. l. si vt proponis. C. eo. et ibi no. Bart. notatur etiā in. d. l. cum hic status. §. oratio. Unde si gener predecedat: non solum non est donatio confirmata: sed totaliter resoluta. vt. l. marito in vxorem. C. isto titu. de quo latius per Old. consi. clxxx. incipit quidā paterfamilias.
CHoc tamen intelligenisi donatio facta genero esset iurata. nam illa bene valeret vt singulariter firmat Alexan. consi. clvij. pe. colū. in. ij. vo lu. de quo. j. dicetur in. iiij. limitatione. CJdem dicas si filius meus rem meam me consentiente donat vxori sue: non enim valet ista donatio nec morte confirmatur filij. Jmo eo mortuo ego possuz illam reuocare siue fuerit processum ad traditionem siue non. Jta consulit no. ancha. consil. lxxv. incipit per modum cōsilij roborando per bona fundamenta: que p te videas.
CJdem dicas si vxor mea consentiat obligationi patris mei vel fratris mei vel filij mei: vel pro eis se obligat: vel eis aliq̃d doner. Nā eodē modo iste consensus vel obligatio seu donatio nō valet. nec tenet: quia omnes iste persone me contingūt per patriaz potestatē. vt. §. dictū est. ad qđ bñ facit tex. in. l. j. ij. ff. isto ti. & tenet not. Bal. in aur. si qua mulier. C. ad velleia. in prin. & sic extendit illum tex. dicens. qđ
† sicut mulier consentiēs obligationi viri vel, cū viro se obligans: vel se aut rem suā obligans ꝑ viro ipso iure sibi nō preiudicat: nisi quatenꝰ probet̃ in rē suā ꝑuum. vt ē casus no. ibi & clari⁹ dicūt in gl. Ly. & bar. bal. & Sali. sic etiā dicit bal. vbi mulier consentiat pri viri sui: siue filio suo q̃ est in prātē viri siue fratris sui q̃ ambo sunt in potestate soceri. Uñ pinde nō tenet consensus ac si viro cōsensisset. qđ est not. perpetuo

fim Ang.de are.in.d.§.est ⁊ aliud.ñ.col.ver.aduerte
5 insti.de dona. ¶Ex predictis inferꝝ ꝙ ⁊ vxor mea nō
poterit donare filio meo familias:qz mihi queritur
nisi sit miles. Nam tunc bene valet donatio.qz illud
donatum est castren.peculiū ⁊ sibi queritur:ita dicit
rex.in.d.§.qui eiusdem. ¶Item ego dicerē in filio
clerico vt valeat donatio quam vxor mea facit filio 9
meo clerico,clericus enim dicitur miles dei vt ꝓbat
rex.⁊ ibi nota.Abb.in.c.ſ.ſ.de cleri.egro.est tex.cuz
glo.in cap.Christianis.xſ.q.prima.⁊ in ca.reprehen-
sibile.xxiñ.questione ſi.⁊ facit glo.in.l.miles.ff.de re
gu.iur.⁊ in.l.stipendia.C.de executione rei iud.⁊ di
xi in §.ſ.ꝓxi.loquendo de donatione facta cleri-
co sue concubine. Unde priuilegia tributa militib⁹
secularibus debent obseruari quo ad milites dei in
casibus habentibus eandem rationem vt dicit Ab
bas in.d.c.primo.de clerico egro. Si autē miles ter-
restris habet hoc priuilegiū vt possit ei donare vxor
patris sui.idem dicemus in milite dei:cum sit eadē
ratio.qz quemadmodum miles terrestris bona sibi
donata habet in peculium:vt supra dictum est: sic
6 etiam clericus:qz ꝙ omne aduentitium respectu cle-
ricorum dicitur castrense vel quasi castrense. vt est
tex.valde singularis in auc.presbyteros.C.de episc.
⁊ cleri.tenent Innocē.Hostiē.Ancha.Cardi.Joan.
de imo.Abbas ⁊ Andre.ficulus in.c.quia nos.ſ.de
test. ¶Et ex hoc dicebat Abb.in.d.c.quia nos.⁊ in 10
cap.constitutus.supra de in integrum restitutione.
penul.colum.versi.in glo.secunda.⁊ in.c.in presentia
supra de probationibus.xxiſ.colum.versicu.ego ali-
ter dicerem.quod ꝓ clerici in potestate parentum cō
7 stituti possunt licite disponere ⁊ testari de omnibus
aduentitijs.quia cum illa aduentitia quo ad cleri-
cos dicantur peculium castrense vel quasi castrense 11
vsufructus non queritur patri. Et ita domin⁹ Ab
bas non facit vim vtrum ista bona veniant ad cle-
ricos ratione clericatus vel alias quoniā quocunq;
modo veniant poterit de illis disponere: vt est ca-
sus in.d.auten.dum dicit res quomodolibet ad eo-
rum dominium venientes habere sub potestate sua
precipimus. Et per hoc videtur quod non bene di
xerit Jacob.butr.in.l.sacrosancte.C.de episcopis ⁊
cle. vbi dixit quod in aduentitijs quesitis aliunde ꝙ
ratione officij vel dignitatis ecclesiastice filiusfami.
clericus testari non potest.⁊ per consequens vsufru
ctus acquiritur patri.idem in effectu visus est tene
re Barto.ibi dum dicit quod clerici qui sunt in pote
state patris de omnibus que ratione clericatus lu-
crantur:tanquam de quasi castrensi peculio possunt
disponere.quod dicit esse valde notandum.⁊ sic sen
tit quod de aliis acquisitis non ratione clericat⁹ non
possunt disponere tanquam de quasi castrensi pecu-
lio.sed quod prius dixi verius est qō etiā sentit Bal.
in dicta lege sacrosan.teneas ergo quod de omnib⁹
aduenritijs quomodocunq; venientibus ad clericos 12
ratione clericatus vel alias possunt clerici libere di-
sponere vt patri non queratur vsufructus. ¶Intelli
predicta etiam in clericis in minoribus constituti⁹
secundum prefatos doctores in dicto capitulo quia
nos.signanter Anton.et Joannem de Imo, quoniā 13
8 ꝙ appella.clericorum veniunt clerici in minoribus:
vt voluit gloss.in cap.ij.ſ.de prebend.presertim in fa
uorabilibus.vt late concludit Abb.in rubri.de vi.et
hone.cleri.⁊ propterea non possunt super crimine co
ram iudice seculari conueniri. vt voluit Hostien.in
c.cum non ab homine.ſ.de iudi.⁊ ibi Andr.ficul.ſ.
colum.⁊ in capitu.at si clerici.prima colum. eodem
titu.⁊ Maria.in.c.primo.ij.colum.eod.ti. ¶Exhis
infero ad vnum quotidianum ꝙ ⁊ fructus beneficio
rum filijfa.clerici etiam in minoribus non acquirun
tur patri. Imo pater recipiēs tenetur reddere ratio
nem administrationis filio suo clerico per actionem
negotiorum gestor.ita tenet expresse Bar.in.l.litis.
§.ſi.ff.de neg.gest.⁊ dicit quod sic vidit de facto ser-
uari.refert ⁊ sequitur Andre.ficu.in rubri.de pecu
cle.⁊ in dicto.c.quia nos.ij.colum. Idem tenet Bal.
in.l.iij.§.si quid minori.ff.de mino.reputans hoc val
de no. Et hoc ideo est:qz beneficiuz habetur loco pe
culij castrensis vel quasi castrensis vt apparet ex pe-
dictis.⁊ no.in.d.l.sacrosancte.ex quo peculio nihil q̄
ritur patri vt dictum est. Confirmatur hoc optima
ratione. Certuz est enim quod in casibus in quibus
patri non queritur vsufructus potest filiusfamilias
esse in iudicio sine cōsensu patris. §m Bar.in.l.ſ.§.
pupillus.ff.de ver.obli.⁊ his casibus poterit filius
constituere procuratorem solus sine patre.vt.l.cum
non solū §.necessitatem.C.de bo.que lib.⁊ iū.par
ti.ti.v.l.ij.sed est ita quod in casibus beneficialibus 10
potest filiusfa.esse in iudicio sine consensu patris et
constituere procuratorem suo nomine:vt est tex.no.
in.c.si annū.de iudi lib.vi.in fi.sequitur ergo de ne-
cessario ꝙ fructus beneficij filijfa. clerici:nō acqui
runtur patri.et si pater recepit:tenetur restituere fi-
lio:⁊ si moriuus est pater:ejus heredes debent resti
tuere iuxta doctrinam Sali.in.l.filie cuius.in fi.C.
fami.ercis.vbi dicit quod si ꝓ pater bona aduentitia
filij in quibus pater non habebat vsumfructum di
lapidauit et consumpsit:fratres tenentur hoc dānū
sibi emendare.sic ergo tenebūtur in casu nostro fra
tres satisfacere fratri de fructibus beneficiorum fi-
lij clerici a patre receptis et consumptis. et ita fieri
vidi in contingentia facti. ¶Unum tamen est ꝙ si
pater fecit aliquos sumptus cum filio in studio vel
alis:videtur animo cōpensandi cū fructibus feciss.
vt no.cōsuluit Pau.de ca.ofi.ecccxxij.incipit visa ⁊ examinato.in.ñ.q quem rogo videas.
ADDI Adde Bart.in trac.de duobus fratribus
prope fi.ver.xv.⁊ Bal.in.l.filie cuius.C.familie ercis-
cun.q.vſ.⁊ ibi Pau.de ca.qui optime distinguūt.
dic vt ibi per eos. TJO. Redeundo nunc ad pro-
positum nostrum cū clericus sit miles dei aduentiā
clericorum reputentur castrense vel quasi castrē
se peculium ⁊ nihil penitus queratur patri.non est
mirandum quod vxor mea possit filio meo clerico
donare quāis in mea sit potestate. ADDI Sed
circa predicta occurrit pulchra dubitatio quod si
ꝓ pater ante clericatum filij habebat vsumfructum
in bonis eius:deinde filius factus est clericus:an ꝙ
superuenientem clericatum filij:pater perdat vsum
fructum antea acquisitum respectu preteriti tempo
ris.ar.l.si quis.in fi.⁊ ibi Bal.C.ad tertu.vbi dicit
quod licet per ꝓ mortem filij soluatur patria pote-
stas:tamen non finitur vsufructus formalis retro
quesitus ratione patrie potestatis:qui text. est ad

hoc no.⁊ menti tenēdus §m Bal.ibi.ad idez bon⁹
tex.in.l.si patri.C.de vsufru.vbi in vsufructu pden-
do attendit mors vsufructuarij nō propietarij. vñ
videtur ꝓbare ille tex.qō per superuenientem cleri-
catum filij pater non perdat vsumfructum quē ha
bebat in bonis filij etiam respectu futuri temporis.
⁊ hoc videtur de mente glo.ibidem cū dicit qō si fi
lius propierarius moritur:nō cessat vsufruct⁹ quē
pater habet in bonis filij ex dispositione legali nisi
in quibusdam casibus de quib⁹ ibi per gl.Ly.Pe.
⁊ alios. Quāuis em patria potestas sit causa acqui
rēdi vsumfructū a principio:nō tamē est necesse qō
in processu durer.qō est no.§m Bald.ibi.Ad idem
facit tex.in ratiōe sui.in.l.si marit⁹.ff.sol.mat.ibi ne
14 in pernicie mariti mulier punita fit.siue ergo cleri-
cus ꝓ liberet a patria potestate siue nō vt ꝙ glo.
Hosti.Jo.an.⁊ alios in.c.Judeoz.de eta.⁊ qualit.
semper pater habebit vsumfructū.ad hoc vide Ja-
co.in trac.feudoz.in parte de royd.iiij.co. ñfic.hz
etiā. Si tamē pater bānitus vsumfructū in bonis fi
lij nō acquisiuit vt not.insti.quib.mo.ius pat.po.sol
uit.vel acqsitum perdidit:hz postea restitus⁹:non re
cuperat:vt.l.ſi.C.de sen.paſ.qz que amissa sunt:in re
stitutionē bonorū nō veniūt vt ibi dicit.⁊ tz Bal.in
aur.excipit.in prin.C.de bo.que liber.de quo facit
magnū festum Pau.de cast.ibi.in fi.⁊ alij moderñ.
⁊ Fran.are in.l.gallus.§.⁊ quid si tm.in fi.ff.de lib.
⁊ posthu.⁊ ibi Vacelotus pe.col.videt tex.in autē.
idem est.C.de hereti.§m Ang.in.d.§.⁊ quid si tm.in
15 fi. Ex istis infertur vnum notabile ac quotidianum
si filius ingredit monasterium:ꝓpter talem ingres
sum pater nō perdit vsumfructum quē habebat in
bonis filij nec respectu tēporis preteriti neq; futuri
de quo no.in auc.ingressi.⁊ in.l.si qua mulier.C. de
epi.⁊ cleri.in.c.ij.de testa.in.c.in presentia.de proba.
⁊ in multis alijs locis tangitur ista questio. videas
per te. TJO.

1 ¶A patria potestate liberatur filius per cōtra-
ctum matrimonij.

2 Usumfructū quē habebat pater in bonis filij añq̄
matrimoniū cōtraheret an perdat ipse pater:cuz fi-
lius cōtrahendo liberetur a patria potestate.

§ 43 Sed q̄uis scōm iura ciuilia
non valeat donatio inter eos q̄ cōiuges cōtingūt p 1
patriā potestatem altero de predictis modis.hodie
tamē in his Regnis credere talē donationē valere
qz §m cōsuetudinē Regni cōiter obseruatā:per con
tractū matrimonij filius liberat a patria potesta- 2
te.vt ꝓbat ꝙ leges Regni.fo.xo.ll.ij.ſ.ti.xſ.l.ſi.⁊ libr.
iij.ti.vſ.l.ſ.⁊ clarius ordinatis.de sepulueda.ti.iiij.l.
iij.⁊ ita video obseruari in cancelleria. ¶Est hodie
prodita.l.xlvij.de thezo. ADDI Sed presuppoſi
to qō per contractū matrimonij filij liberetur a pa
tria potestate:an per hoc pater perdat ꝓ vsumfructū
quē habebat in bonis filij:⁊ videtur qō non:qz pa-
tria potestas que requiritur ad acquisitionem vsuſ
fructus satis est qō interueniat a principio. hz post-
ea cesset:vt pauloante diximus. Cogita. si forte hoc
debeat intelligi quando pater non consensit in ma-
trimonio filij:sed filius sine patris consensu matri-
monium contraxit:⁊ ita ex facto suo filius liberatur
a patris potestate:⁊ per consequēs pater non ꝓdit
vsumfructum:vt traditur in.l.ſi.C. de vsufructu.et
in.l.iij.C.de bonis maternis.tenet Ange.in.l.idez est
C.de bonis que liberis.si aūt pater consensit matri
monio filij:⁊ sic quodāmodo ex facto patris perdi-
tur patria potestas:⁊ consequenter dimidia vsufru
ctus.vt.l.cum oporteat.§.cum autem.C.de bonis q̄
liberis. Hinc est quod si pater intrat religionem: et
ita suo facto perdit patriam potestatē perdit simili-
ter medietatem vsufructus §m Ange.in.d.auten.
idem est.hodie tamē practicatur quod per ꝓtractū
matrimonij liberatur filius a patria potestate:⁊ pa
ter perdit vsumfructum in totū:quia filius q̄ duxit
vxorez habetur ꝓ emancipato quo ad omnia per
legē regni factā Tauri.xlvij. TJO. Sublata igi-
tur patria potestate valebit donatio inter eos qui
coniuges alias contingebant per patriā potestatē
donatio ergo facta a cōsanguineis meis vxoꝛi mee
bene valet:quāuis me contingat per patriam pote-
statem ante contractum matrimoniū cum per ma-
trimonium sublata sit patria potestas. ¶Et mul-
to fortius si antea me non contingebant per patriaz
potestatem.vt puta si donauit patruus meus vxoꝛi
mee:vel mater mea ⁊ socrus vxoꝛi mee:vel ego so
crui mee vel mee cognate:vt est bonus tex.cum gl.
in.l.iij.§.socrum nurui.ff.isto ti.tex.in.l.si mater ve-
stra.C.de dona ante nupti.⁊ in.l.ſi te in vacuam.C.
isto ti.⁊ late per Paulum de castro consilio.lxv. in-
cipiente super isto puncto ⁊c.quod reperitur in . ij.
volu.cxciij.

& Donatum sponse a consanguineis sponsi intelli
gitur donatum contemplatione sponse:⁊ efficiet ꝓ
prium ipsius sponse.

Sponsus si donat sponse mācipia matris ea cōsen-
tiente erunt ꝓpria ipsius sponse.

Procurator ad lites tenetur reddere rationez litis
⁊ eozum que ex lite consecutus est.

4 Acquiritur ei ꝓpter quem vel cuius contempla-
tione datum est.

§ 44 Unde si frater meus vel ali⁹
consanguineus donauit vxoꝛi:statim valebit dona-
tio. Ex quo sequitur vnum satis satis singulare ⁊ q̄
tidianum quod ꝙ res sic vxoꝛi mee donate a fratre
vel consanguineis meis: statim efficiuntur ꝓprie
ipsius vxoris cui donantur:non autem mee.hoc sen
tit nota.glo.valde singu.§m Ange.ibi in.l.vt liberis
in ꝑ.in tpos spōsos.C.de coll.ꝓ quādicit ibi Ang.q̄
si cōiūcti sponse donant aliquid spōso:intelligit do
natum contemplatione sponsi ⁊ sic eius non autem
sponse nisi appareat ꝙ contemplatione sponse fue-
rit donatum. Et idem dicit econtra si donatum spō
se est a coniunctis sponsi,quia debet esse sponse nisi
appareat quod contemplatione sponsi donatuz sit.
¶Et videt de hoc tex.in.d.l.si mr̄ vestra. C.de do-
na.añ nup.vbi litera dicit.si mr̄ vestra filie sue spōso
vel marito ꝓpredia sine vlla reperēdi lege donauit:et
eum in vacuā induxit possessionem: nuptijs diuoꝛ-
tio solutis:perfecta non dissoluitur donatio. Et ita
est ibi casus q̄ donatio facta alteri coniugū per cō
sanguineos alterius coniugis:perfecta est ⁊ statim

valet ⁊ tenet. ⁊ per cōsequēs ius est sibi quesitū. vnde res sic donata efficitur sua. ⁊ illā trāsfert ad suos heredes per illū tex. quē sic allegat ⁊ intelligit Baldus cōsilio. ccxv. incipiē. facta super quibus. iiij. parte consilioꝝ. ¶ Idem probat tex. in. l. si consentiē te. C. eodem ti. de dona. ante nup. vbi dicitur quod si ſponsus donauit ſponse mancipia matris ſponſi: ea consentiente erunt ꝓpria ipsius sponse ⁊ illa trās mittit ad suos heredes. ecce quomodo donatio in effectu fuit facta a matre ſponſi cuius mancipia erāt sed nihilominus efficiuntur propria ſponſe cui fuerunt donata. ¶ Ad idem est casus melior de iure in. l. si seruus cōis. ff. isto ti. vbi lra dicit. si seruꝰ cōis viri ⁊ fratris eiꝰ puerū douauit vxori fris: p q̄ parte is seruꝰ q̄ donasset viri esset, p ea parte munus nō eēt factū vxoris. ¶ Idem iuris erit si ex tribus fratribus vnus vxorem haberet: ⁊ rem cōmunē vxori donasset: nam ex tertia parte mulieris res facta nō est ex duabus autem partibus reliquis si id scirent fratres: aut posteaquā donata esset rarum habuissent: non debere mulierem reddere. ista sunt verba illiꝰ tex. Ex quibus aperte colligitur quod res donate vxori a consanguineis viri: sunt propie ipsius vxoris. ita allegat ⁊ intelligit illū textum Ange. in. l. penul. §. seruis. ff. soluto ma. ⁊ in. d. l. vt liberis. quez refert ⁊ sequit ibi Ludo. Ro. [Vbi vide Jaso. ⁊ videas glo. foro legū. lib. iij. ti. de las herencias. l. vj. fi. col.] Idem tenet Baldus in. d. cōsilio ccxv. et sentit ille si bene ponderentur eius verba in. l. cū te. C. de dona. ante nup. firmat Sali. in. l. si donate. §. ff. isto ti. ⁊ in. l. si inter virum. C. eo. ⁊ Rapha. fulgo. in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. ⁊ pup. ⁊ idez tenuerunt multi alij quos referre non curo. ¶ Hoc idem videtur esse de mente legis Regni. foro leguz lib. iij. ti. iij. l. ij. que dicit quod si maritus aliquā rē habuerit constante matrimonio titulo hereditatis a patre vel alio consanguineo. vel etiaz titulo donationis a domino consanguineo vel amico sit sua ꝓpria. Et sic vult illa lex si bene aduertatur quod q̄cquid donatur vxori ab eo qui potuit donare sibi est suum nec distinguit an donetur a cōsanguineis mariti vel ab extraneis: quāuis ergo donetur a cōsanguineis mariti res donata erit vxoris ꝓpter generalitatē illius. l. Hoc tamē ego intelligerem quādo certum esset quod cōsanguinei viri voluerunt donare vxori ⁊ eius cōtēplatione: maxime si hoc exprimāt quod illas res donāt vxori ⁊ voluit eas res ꝓpetuo remanere apud eam: ⁊ quod nullo casu ad ipsos donantes reuertantur. nā tunc sine dubio realiter donate erunt ꝓprie vxoris cui donatē per tex. in. l. j. in prin. ff. de dona. ⁊ ita potest hodie intelligi tex. in. d. l. si mater. C. de dona. ante nup. ⁊ iura predicta vt voluit Salice. in. l. cū veterum. eod. ti. quez refert ⁊ sequit Ang. de are. in. §. est ⁊ aliud. in stit. de dona. ij. col. ver. in fi. gloss. Idē tenēt domini de Rota in decisionibus collectis per Bernardum de bisgneto. isto titu. decisione prima. incipiente Petrus existens. vbi dicunt quod si consanguinei vel amici viri donauerunt eius vxori cōtemplatione tamē viri: ⁊ volebant res donatas queri vxori ⁊ non viro licet contemplatione viri hoc facerent: tūc talia donata quererentur vxori non viro: quia ipsa est persona libera que sibi querere potest: nec sibi quesita viro queruntur: quia non sunt quesita ex eius operis, vt not. Lyn. in. l. fi. C. de fur. in vltima questione. vnde talia bona mortuo viro non teneretur vxor ponere in inuētario facto de bonis mariti vt latius in. d. decisione. ¶ Secus tamē esset quando certuz esset quod propter maritū vel cōtemplatione mariti ei⁹ consanguinei donauerunt aliquid vxori. Nam tunc res donata erit propria mariti. argu. eoꝝ que notātur in. c. requisisti. §. de rest. vbi donatum prelato cōtēplatiōe prelatie: efficitur prelati nō ecclesie. ¶ Bene facit ad hoc tex. in. l. sed si quid donetur. ff. de vsufru. vbi litera dicit si quid donaꝫ seruo in quo vsusfructus alterius est: si quidē contemplatione vsufructuarij aliquid ei relictum vel donatum est: ipsi acquiret. ¶ Ad idem tex. in. l. facta. §. si heres aut institutam. ff. de ad trebel. ibi dum dicit nisi cui euidentissimis probationibus fuerit ab herede probatum cōtemplatione sui seruum heredem esse institutum. ¶ Ad idem tex. in. l. hinc queritur. §. potest ff. de pecu. vbi dicitur quod maritus nō tenetur vxori vel heredi eius soluto matrimonio de peculio seruꝰ donatis: quando respectu mariti seruus sibi institutꝰ vel ei legatum datum. ¶ Ad idem tex. in. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. vbi dicitur ꝙ sicut ꝓcurator ad lites tenetur reddere rationem litis: sic etiam eoꝝ que ex lite consecutus est: siue principaliter ipsius rei nomine: siue extrinsecus obrem' eandem. i. cōtemplatione ipsius litis. Volunt igit predictaſura quod rei acquiratur ꝓpter quē vel cuius cōtemplatione datū est. ¶ Quod em̄ mei causa fit meum est: vt. l. pretor ait. in prin. ff. de eden. Ita ergo dicamus in casu nostro quod si cōstat pro certo qō talis donatio fuit facta a consanguineis mariti contemplatione mariti ⁊ ꝓ ipso. res donate erunt ipsius mariti. ¶ Et ita tenuerunt domini de Rota in dicta decisione: non tamen allegant predicta. Dicunt enim quod si consanguinei vel amici viri aliquid donantes eius vxori intenderent principaliter donare viro ⁊ vident quod sibi acquirerentur si cet traderent vxori: tale donum pertinet ad virum ⁊ eius heredes non ad vxorem. quia quod vir per ministerium vxoris acquirit: sibi acquirit: cum ratam habet talem donationem. argumentum. ff. de negotijs gestis. si ego. nisi vir quando cōcedebatur vxori: intenderet sibi donare. quia tunc licet tempore donationis inter virum ⁊ vxorem nō valeret: tamen morte viri confirmaretur: vt. ff. isto titu. l. iij. §. fina. ⁊ l. sequenti iuncta. l. cum hic status. §. primo. eodem titulo. in dubio tamen non est presumendum virum voluisse vxori donare. vt. l. cus de indebito. ff. de preba. ⁊ ff. de dona. l. filiussa. sm predicta dominos.

¶ Arrogatus filius si aliquid beneficio arrogatoris quesiuit hoc pertinet ad substitutum ipsius filij.

Donatio facta a consanguineis meis vel amicis filio meo vel vxori presumitur fieri contemplatione mea. ⁊ mihi acquiritur. ⁊ nu. 8. 2. 19.

Affectio dantis inspicitur.

Operari debet mulier viro.

Donatum socio occasione societatis an cedat socie

tati vel soli donatario.

Ambasiatoribus ratione ambasiate donatū cedit ipsis ambasiatoribus. ⁊ nu. 9.

Legatum relictum filio sub cōmemoratione patrie potestatis: vel seruo sub commemoratione dominice potestatis videtur relictum ipsi patri vel dño.

Tutor potest mittere parentibus ⁊ cognatis pupilli solennia munera que mitti consueuerunt.

Donatio semper presumitur facta sm consuetudinē loci.

Tutor Regis non potest donare bona Regni: prestamen exercere liberalitatem ⁊ largiri sm qō cōsuevit regia maiestas.

Consuetudo est optima legum interpres.

Concedens aliquid ei a quo beneficium recepit videtur animo donandi concedere.

Nobilis mulier nubens ignobili videtur ei munus facere: ideo confessio mariti videtur animo donandi facta.

Sponsa de futuro si aliqua focalia vel munera mittit sponso ⁊ ille alia ornamenta mittit sponse presumitur donatio facta causa remunerationis.

Vxor si committit crimen heresis vel apostasie an ꝓterea res sibi donate a consanguineis mariti veniant confiscande sicut bona ipsius mulieris.

Donare potest maritus sorori vl' cognate vxoris sue inter viuos.

Peculium profectitium dicitur illud quod filius extra patris vel eius contemplatione querit.

Si autem sumus in dubio re

currendum erit ad coniecturas ⁊ ad genus rerum donatarum: an potius congrueret viro ꝙ vxori vel cōtra: vt sm hoc presumaturan voluerint donatores acquiri viro an vxori. Et ꝓ hoc bñ facit qō no. Jo. an. in. c. a collatione. de appel. libr. vj. in nouella in fi. super verbo ad eundem. ¶ Et si ex his aliquid presumi non potest: credendum est donatores voluisse queri viro ex quo eius contemplatione donabāt. quia ex ipso quod donatio est facta a cōsanguineis meis vxori: videtur fieri contēplatione mei. Argu. tex. in. d. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. ⁊ pupil. vbi litera dicit. si filius arrogatus aliqd beneficio arrogatoris acquisiuit: hoc pertinet ad substitutum ipsius filij. vpura arrogatoris amici: vel agnatus eidem filio arrogato aliquid reliquit. Et sic est ibi text' valde singularis quod donatio facta a consanguineis vel amicis meis filio meo: vel vxori presumitur fieri contemplatione mea. et mihi acquiritur. ⁊ hoc tenuit ibi expresse Bartolus dicēs quod si aliquis duxit vxorem ⁊ fiunt exennia vxori a consanguineis viri: illa dona videntur facta cōtemplatione viri. quia de bonis viri videntur profecta. vt ibi probatur dum dicit: arrogatoris amicus vel cognatus. videntur enim magis facta marito quam vxori. sed in exennijs factis a cōsanguineis vxoris: videntur facta contemplatione vxoris. vt dicta. l. donationes in concubinam. §. species. ff. de donationibus. ¶ Unde inspicitur dantis affectio cuius finali contemplatione dederit: ⁊ soluto matrimonio eius erunt. ⁊ ita quicuit ibi Bartolus cuius decisionem approbant ibi Joann. de imol. ⁊ Alexā. ⁊ Ange. de are. in. §. fuerat ante. charta. xxj. col. j. verficu. quid erit de donationibus factis. institute de actionibus. ¶ Idem voluerunt domi. de Rota in predicta decisione. pro quibus ego allego text. non solitum allegari: ad hoc in. l. si quid earum: verficu. in quibus. de legatis tertio. vbi si maritus legauit vxori: que sui causa comparata sunt: in hoc legato veniunt ea que socer nurus nomine comparauit. ergo non erant ipsius vxoris sed potius mariti. ⁊ teneas menti illum textum. ¶ Nec obst. gl. que contrariū videtur sentire in. d. l. vt liberis. in ꝛbo in ipsos spōsos. quam Ange. ibi reputauit singularem: quoniaz vt ibi Alex. dicit ⁊ repetit in dicto. §. in arrogato: illa gl. non probat illud ad quod per Angelum cōmendatur. Nam si iungatur cum textu solum loquitur de donatione propter nuptias facta a patre. spō si ipsi sponse: non autem de donatione facta a consanguineis sponsi vel ecōtra. Et ita loquitur de donatione facta a patre filio sponso ob causam. scz vt constitueret donationem propter nuptias ipsi spōse: que quidem donatio bene conferrur: vt in autentica ex testamento. C. de colla. ⁊ ficista gl. non contradicit opi. Barto. que vera est ⁊ ipsam teneas ꝓ textum in. d. §. in arrogato. cui non valent doctores dare responsum quod satisfaciat. ¶ Non enim placet mihi responsum Bald. in. d. l. cum te. C. de donatio. ante nupt. dum dicit quod text. in. d. §. in arrogato: loquitur quando largitas emanauit circa personam subiectam: per quam iure potestatis consuevit arrogatori acquiri. sed mulier quo ad acquirendum ex mera liberalitate non est subiecta viro: ergo per eam non acquiritur viro. Et inde est quod illud quod querit vxor ex operis suis artificialibus non querit marito sed sibi: lz teneatur marito de estimatione rei sue hoc est lane. vt est tex. notabilis in. l. si mulier. §. si vir vxori. ff. isto titu. ⁊ ibi not. Rapha. fulg. quod ergo dicitur quod mulier debet operari viro: ⁊ quod opere vxoris pertinent ad maritū verum est in operis obsequialibus vel officialibꝰ. Si ergo mulier esset textrix vel aliam artem haberet: acquireret sibi. Manifestum est tamen vxorem liberam personam esse: ⁊ per liberam personam alteri non acquiritur nisi fit in potestate vel tanquam seruj potestate possideatur. ita debet intelligi. l. liberti liberteq̄. C. de operis libertorum. ita dicit Raph. fulgosius in dicto. §. si vir vxori. et in. l. prima. C. de bonis que liberis. idem sentit Baldus in. l. si vxor. secunda colum. verficulo ceterum. C. de conditi. inser. dicēs quod si vxori facit aliquam artem vel mercantiam vel esset chyurgica vel obstetrix que opere non sunt domestice ⁊ familiares: id quod acquirit ex istis operis: non acquireret viro: quia nec ad preceptum viri tenetur negotiari. vt etiam scripsi. j. §. septuagesimo. verfic. hinc est. per que firmatur Baldi responsum vel solutio ad dictum. §. in arrogato. ¶ Sed reuera hec solutio non videtur vera per. l. non aliter. ⁊ l. his verbis. ff. de adoptiōibus. vbi nō quicquid habet vel acquirit filius arrogatus: acquirit patri arrogatori: nec de eis potest libere disponere. ita dicit Alexander in dicta. l. cum te. in apostillis ad Baldum super verbo loquitur. Et propterea forsan Raphael fulgosius in dicto. §. si vir vxori:

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Nec obstat: si dicatur quod ex quo maritus vxo/ rem duxit sine dote: per consequens tenetur ad one/ ra matrimonij: ꝛ sibi imputet. vt. l. quod si nulla. ff. de religios. ꝛ sump. fune. cum alijs. de quibus dicam super text. in. v. intellectu. ¶ Quia dici potest ꝛ non imꝓ: obabiliter. quod aut tempore contract⁹ matri/ monij: vxoꝛ habebat bona: vnde se posset dotare: et tunc verisimiliter presumitur nupsisse cum dote. arg. a communiter accidentibus. vt. l. certi cōditio. §. quo niam. versiculo nam quotidie. ff. si certum petatur. ꝛ in capi. de cleri. non resi. quod quidem † argumentū transfert onus probandi contrarium in aduersariū. vt sentit gloss. in. l. nec⁹ natales. C. de ꝓb. quam ad hoc reputat singulare Lud. in singulari. cccxcvij. et Andreas siculus in capitulo nouit. de iudic. colum. vij. ¶ Constituendo ergo vxoꝛ dotem constante matri/ monio: videtur magis debitum agnoscere: quam do/ nare de nouo. Aut mulier quando matrimonium cō/ traxit: erat inops et nihil habebat sed postea sibi ob/ uenerunt ex aliqua successione. donatione vel alias. ꝛ tunc verisimile est quod si dicta bona habuisset a principio: illa assignasset in dotem: vt melius tracta/ retur a viro: vnde illa postea dando constante matri/ monio aliqua bona in dotem: videtur grate ꝛ huma/ ne se habere cum viroꝛ: ex eo quod ipsam accepit sine dote et quasi remunerando beneficium receptū. que quidem remuneratoria donatio permissa est in/ ter coniuges. vt late dictum est supra in secunda limi/ tatione principali. presertim cum talis donatio veri/ tate inspecta non dicatur omnino pura ꝛ liberalis: quia non conceditur marito ex titulo lucratiuo sed potius onerose: propter onera matrimonij sustinen/ da. vt. l. ex promissione. ff. de actio. et obligatio. ꝛ. l. pu/ re. §. penultimo. ff. de exceptio. do. ꝛ. l. fina. §. si a fece/ ro. ff. de his que frau. credito. ꝛ. l. pro oneribus. C. de iure dotiuz. et capitulo saluberiter. infra de vsuris. Si ergo dos sic constituta post contractum matrimo/ nium erat congrua omni respectu scilicet tam onerū matrimonij quam conditionis ipsius viri: forte quia erat nobilis ꝛ magne conditionis adeo quod dicta sua conditio requirebat adhuc maiorem ꝛ nobilio/ rem dotem non video rationem quare dicta constitu/ tio dotis fieri non posset. arg. text. in. l. quero. ff. de iure dotium. cum simi. Unde ex quo maritus mere/ batur hanc dotem: ex hac dotis constitutione non di/ cetur fieri locupletioꝛ. quo casu valida est donatio inter cōiuges. vt dictum est supra in prima limitatio/ ne principali. In eo tamen quod excederet congru/ entiam dotis: non valeret quia in illo censeretur gra tuita et liberalis donatio. vt latius firmat Bald. no uellus vbi supra quamuis de rigore iuris aliqualiter fm dubius propter ea que supra dicta sunt. §. re/ pij. §. sunt ꝛ alie donationes. vbi tenui: maritum non

posse dotare vxorem constante matrimonio: vbi videas late & forte commodius hic caderent.

1 ☞ Donatio inter virū & vxorē gratia honoris vel dignitatis adipiscende valet.
2 Donatio inter cōiuges anno elapso a tpe pctracti matrimonij valet si filios non habent.
3 Societatē omniū bonorum inire possunt coniuges anno elapso a tpe matrimonij cōtracti dūmodo non habeant liberos.
4 Et an a tali societate iuramento firmata liceat recedere.
5 Pactum etiā iuratū de nō succedendo ex testamento nō preiudicat pascisscenti: ne tollat libera testandi facultas.
6 Juramētū qō pōt seruari sine interitu salutis eterne seruandum est.
7 Fratres iurantes nō diuidere hereditatē tenent iuramentum seruare.

§. 45 Limita sexto predicta vt nō

1 valeat ☩ donatio inter virum & vxorē. nisi forte vxor donet marito gratia honoris vel dignitatis adipiscēdi: idem si causa dignitatis vel causa honoris fiat: vel gratia ludoꝝ preparandorum autoritate publica vt. l. quod adipiscende. cū duabus legibus sequētibus. ff. isto ti. ff. famil. ercis. l. si filia. §. neratius autē. ☜ Ex quo infertur q̄ si vxor donauit viro cā studiorū vel ad licentiam vel doctoratū obtinendū: valebit talis donatio. ad qō bene facit tex. in. l. marcellus. ff. isto ti. iuncta. gl. & que dixi. §. in prima limitatiōe pncipali in ver. requirit fortiā. ☜ Idē si pro militia vel nobilitate acquirenda. Hunc & alios octo casus in quibus valet donatio inter ꝯiuges ponit Az. in summa huius ti. & Host. in summa ti. de dona. inter ꝯiuges. §. que donationes. in fi. & Henricus in. c. fi. j. co. quos per te videas. ☜ Adde al'ium. l. qū maritus aliquid donauit vxori vt ornatior ad ipsum accedat. de quo dic vt. §. col. viij. ver. vestes: ergo & alia ornamenta. cū pluribus sequentibus. signanter. co. xxx. §. predicta in. cum seq. ☜ Adde aliud. l. qū ☩ donatio inter cōiuges fieret anno elapso a tempore cōtracti matrimonij ū filios nō habēt. Si ū postea filius nascatur: revocat donatio nisi in quinta parte. Hoc disponit. l. regui forojuzgo. li. iij. ti. j. l. vj. qicipit. porq̄ muchas. Apbaf hodie foro legū. li. iij. ti. xij. l. iij. ti. xij. l. iij. qō tenenti. nec alibi hoc reperio. Ad idē facit lex regni foro legū li. iij. ti. vj l. ix. que dicit q̄ elapso anno a tpe mrimonij cōtracti possunt maritus & vxor filios nō habentes inter se ☩ societatē coire suoꝝ bonoꝝ: quā societas solvitur in totū per liberoꝝ superuentiam. ☜ Et secundū hoc intelligo & limito tex. in. l. cum hic status. §. si inter virū. ff. isto ti. vbi dicitur q̄ non valet societas inita inter cōiuges ex cā donationis: q̄ alias nō fit. pbibita vt. l. alimenta. §. ij ff. de alimen. & cibaria. lega. Illa debet intelligi si intra annū a tempore contracti matrimonij. secus si post p̄dictam. l. regni. Et potest esse ratio: quia intra annum ardentius se amant coniuges quā postea: omnia nouā placent. Unde si permitteretur tunc donatio: spoliarent se coniuges donando. ego non possum attingere aliam rationem illius. l. ADDJ Et secundum ista forte debet intelligi illud quod notanter consuluit Bartholomeus Sozinus consilio. clxxxix. vbi concludit per bona fundamenta quod stante statuto quod vxor premoriēte marito habeat dimidiam dotis: vxor marito consentiente de tota dote disposuit: eam alicui forte donando: valebit quidem talis dispositio: quāuis maritus penitentia ductus vxore adhuc viuēte revocauerit cōsensum adhibitum. qō est valde notandū & menti tenendum. potest tamen intelligi vt procedat quādo hoc fuit factum post annum a tēpore contracti matrimonij nisi forte diceris quod hic maritus videtur renunciare soli spei sibi q̄ matrimoniuz quesite que poterat esse fallibilis ipo premoriente. itaq̄ in contractu videtur renunciare iuri querendo. non autem quesito quod inter coniuges permittitur vt supra dictum est. Cogitabis. JJO. ☜ Sed est pulchrum dubium de quo alias vidi multum dubitari. maritus & vxor post annum a tempore contracti matrimonij contraxerunt inuicē societatem omnium bonorum ex causa donationis vel alias cum iuramento de nunquam discedendo ab ista societate modo alter eorum penituit et vult discedere ab ista societate: nunquid potest? Videtur quod sic & quod valuit donatio & dispositio quam de suis bonis in vita fecit: quia pactum seu conuentio de nunquam diuidendo rem communem seu societatem iritam non valet. vt. l. in hoc iudicio. §. si cōueniat. ff. communi diuidundo. et facit. l. finali C. eodem. etiam si adijciatur super hoc iuramentum vt notanter firmat Alexand. consilio. clix. alias consilio cxviij. secundo volumine. in principio. per bona fundamenta que videas per te. refert et sequitur Felin. in capitulo edoceri. octaua columna. in fin. de referip. Jason in. l. si non sortem. §. si centum. secunda columna. ff. de cond. inde. ergo eodem modo in casu nostro hoc fieri poterit. ☜ Ratio predictorum est quia cōmunio solet generare discordiam. vt. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. ij. & c. ex tenore. infra de sentē. excommunicatio. ita dicit Abb. in capitulo si diligēti. quarta columna. in fin. verticulo quartus casus. supra de foro competenti. ☜ Potest assignari alia ratio scilicet quia per huiusmodi societatem perpetuo duraturā admittitur libera facultas testandi in rebus in societate positis. vt lege cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. ibi glosſ. not. & lege nulla. eodem titulo. et dicta. l. in hoc iudicium. §. conueniat. ita dicit Ludouic. Roma. consilio decimoterzio et decimoquarto. quem refert Andreas siculus in capitulo relatum. primo. xxxiij. columna. supra de test. Facit quod in simili dixit Bald. in lege finali. C. de pactis. in verticulo venio ad secundum. vbi notanter determinat quod ☨ pactum etiam iuratum de nō succedēdo ex testamēto nō piudicat pascisscēti ne tollat libera testādi facultas. refert & sequit Ludo. in. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ūb. ob. et Georgius in repetitiōe. c. quāuis pactū de pactis. lib. vj co. vij. ver. forti⁹. ☜ Reperio tū q̄ Jaso. magnus in. l. si non sortē. §. si centū. co. & ff. de condi. inde. dubitat & meritō de ista decisione: q̄ hoc ☩ iuramētū de non discedēdo a societate pōt seruari sine interitu salutis eterne. ergo seruandum est cap. cum con-

tingat in fi. §. de iureiuran. cum concordantijs. precipue cum ratio. d. §. si conueniat: sit propterea instirmitatem euitandam sm glo. in. l. pe. in gl. magna circa fi. C. de pactis. quando scilicet conuentū esset ne vllo vnquam tempore diuidatur. secus si dictum esset quod in perpetuum stent in communione. Nā valeret & intelligeretur in perpetuz ideſt quousq̄ alter eorum vsuat. l. j. cum glo. iuncta. l. nemo. ff pro socio. ita dicit Florianus in. d. §. si conueniat. ☜ Sic etiam valeret conuētio vel laudum arbitratoris q̄ō toto tempore contrahentium nō liceat diuidere sm Alexan. cōsil. lviij. incipiente viso themate predicto. fi. col. in. v. vo. ☜ Nec obstat gl. in. c. fi. de procu. lib. vj. sup qua se fundat Ale. qm̄ illa loquit in iuramento simplici de nō revocādo mandatū. Secus tamē est in iuramēto aduersario prestito de non revocando talem procuratorem. nam ex tali iuramento licito & honesto: ne ei illudatur bene oritur obligatio. l. si quis maior. C. de transac. ideo tunc revocari non potest. ita not. dicit Bal. in rubrica. ū. de pactis. & colum. ex quo infert q̄ si notarius recipit tale iuramētum nomine omnium quorum interest: non posset tunc revocari: nec tūc haberet locum illa glos. sed in casu nostro iuramentum fuit prestitum alteri socio: ergo habebit locum illa glo. sm Jas. vbi. ū. qui relinquit cogitandum quia limitatio Bald. est ardua. & iura per que mouetur gl. in. d. c. fi. refragant. ☜ Ad cuius cōfirmationē facit. d. c. quāuis pactum. & qō notanter voluit Bal. in. c. veniēs. in fin. ū. de iureiur. vbi dixit quod si mulier iurauit alicui ad eius commodum: quod dotem non alienaret: quāuis postea alienet cum iuramento: non valebit alienatio in iudicium eius cui primo iuraucrat & erat ius quesitum. sic intelligit text. in. c. intellecto. ū. de iureiur. et glo. in. c. licet eo. ti. lib. vj. quod dictum tanquam singulare refert Georgi⁹ in. d. c. quāuis pactū col. viij. verſic. ij. adducit. ☜ Ad idem facit notanda decisio Oldr. consi. ccxlj. incipiēte: factū, tale est pater filiū. quam sibi appropriat Jos. An. in Speculo quarta parte de iudi. §. sequitur. col. iiij. versi. vidi dubitari. vbi dicit se vidisse de facto dubitari si pater in morte duos filios iurare fecit de hereditate non diuidē da intra decēnium: ipsi nō possunt prevocare ad divisionem nisi inuicem sibi iuramentum remittant iurta not. in. c. ij. de sponsa. & in. l. labeo. ff. de iureiur.

☞ nepos tamen bene potest patruū prouocare ad divisionem: quia iuramentum filij non ligat nepotem etiam hercdem. c. veritatis de iureiu. c. fi. de sepul. & ita sentiunt isti q̄ ☨ fratres iurantes non diuidere tenentur iuramentum seruare. & sequitur Alexand. consil. xxviij. incipit perspectis in. v. volumi. ☜ Ex istis infero ad vnum quotidianum pater vel mater volens tradere filiam nuptui iurauit eam meliorare in tertia parte bonorum suorum vel iurauit nullū filiorum meliorare imo quod omnes equaliter succedant: quod tali iuramento standum est precise ex quo factum ex causa onerosa & in fauorem filie & eius maritī: quia fauore dotis non est locus presentie vt est casus vnicus in iure. in. l. si ego. §. si de iure dotiuz secundū Bal. in. l. ficut. in fi. C. de act. & obli. de quo meminit Alexan. in. l. si constante. p. colum. in' principio. ff. so. matri. quamuis ergo iuramentū non interuenisset: nisi sola promissio. cum ex causa onerosa factum sit: iustissimum erat illud obseruare. vtinam super hoc fieret lex noua per quam euitarentur fraudes: peccata & periuria que sepius committuntur a parentibus: qui postquā nuptui filiam tradiderūt. non verentur promissa infringere eriam iuramento firmata dicentes se non teneri ad illud pactū seruādum. vt. l. pactum quod dotali. C. de pactis. vbi est expressium sm Bald. in. l. cum archimedoꝝ. C. vt in possessione legatorum prope fi. ver. vlterius quero. de quo meminit Jas. in. §. actionum. insti. de act. col. verſi. quid autem sit. & quāuis ille nō dicat idē voluit Albericus de Rosate in. l. fi. C. de pactis. col. pe. ADDJ Postquam ista scripsi: vidi quod optabā. nam regina sancta Elizabeth vita defuncta: dominus noster rex Fernandus tauri curias vocās complures ac salubres edidit leges ex consiliarioꝝ suorum consilio cum quibus ego licet immeritus tunc temporis sicut et nūc consiliarius erā vbi inter alia constituit quod si pater vel mater nō maritāda filia: vel filio in matrimonio collocādo: meliorauit vel meliorare vel non meliorare promisit: tenetur illud seruare: nec poterit postea penitere etiam si iramē tum non interueniat. tene menti filam legem. Ad cuius confirmationem facit ratio inuincibilis: quādo enim inter duos fit pactum etiā sine iuramento ad vtilitatem tertij: non licet pascisscentibus a pacto recedere in preiudiciū illius tertij vt est textus valde singularis in. l. qui rome. §. flauius ff. de verbo. obli. tenet Bal. in. l. cum a socero. C. de iure dotium. cum autem hoc pactum fiat in fauorem illius qui habet vxorem ducere filiam promittentis: vel in fauorem mulieris future nurus. non licuit in eorum preiudicium ab huiusmodi prouisiōe discedere. per hoc redditur mihi dubia decisio aluaroti in. c. fi filiū. in tit. ff de feudo defuncti fuerit controuersia: vbi dicit qō si habens filios ex prima vxore: secundam duxit cuz pacto quod filij nascituri ex ipsa secunda non succedant in feudis: sed filij ex prima: quod ipsi contrahētes poterunt mutare voluntatem & per contrarium pactum pascisci q̄ succedant vna cū liberis priorismatrimonij per glosſ. j in. c. fi facta. eo. titu. & per. l. si pro parte. §. versum ff. de in rem verso. qō est notandum secundum Jacobum in tractatu feudorum.

JJO.

☞ Donatio inter virum et vxorem an valeat ante traductionem.

Cōfessio facta per maritum ante matrimonium de dote recepta non presumitur facta animo donandi.

Matrimonium dicitur & maritus & vxor: dicuntur cōtracti dūtaxat sponsalibus per verba de presenti licet non interueniat carnalis copula. & nu. 10.

Copula carnalis an requiratur ad validitatē matrimonij.

Ductio ad domū an sit necessaria ad esse mrimonij.

Tutrix filiorum esse non potest mater que mortuo patre transiuit ad secunda vota.

Beneficia eis qui matrimoniū cōtrit per verba de presenti an vacēt: si secuta nō fuerit copula carnalis.

Legatum si fiat mulieri pro dote vel in tempus nuptiarum si fiat maiori intelligendum est de die festiuitatis nuptiarū: lex quādo matrimonium cōtrahit

Universidad de Deusto Biblioteca

per ꝓba de ꝓsenti posita ꝙ ad domũ viri traducta nec fuerit.

9 Dotis promissio vel datio videtur facta sub condi/tione si ipsa sponsa virgo ducatur ad domum viri.

11 De proximo copulanda pro conuncta et copulata habetur.

12 Magis dignus trahit ad se minus dignum.

13 Vasallus cognoscẽs sponsam domini sui an perdat feudum sicut quando cognouit vxorem.

14 Coniunx dicitur non solum illa que ducta est: sed & illa que ad ducendum parata est.

Limita septimo & vltimo ꝑ-

1 dicta: vt non ✝valeat donatio facta inter coniuges constãte matrimonio: quando vxor iam fuit tradu/cta ad domum viri & carnaliter cognita. Si autem non fuerit traducta quãuis esset inter eos contra/ctum matrimonium per verba de presenti: nihilomi/nus valeret donatio. Istud est mirabile dictum Azo/nis in summa ti. de dona. ante nup. in fi. tenuit etiaz Hostien. in summa titu. de dona. propter nupt. ¶. fin. in fin. refert & sequitur collectarius in. c. fi. ſ. isto titu. iiij. col. & Jo. de imo. in l. si socer. ¶. lucius. v. colum. ff. solu. matri. de quo facit ibi magnum festum. refert etiam Alexan. in l. si ſponsus. ¶. si vxor. ff. isto titu. in apostillis. reputans hoc valde not. & Andreas sicu/lus. in l. si diuortio. in prin. ff. de verb. obl. Antonius corsetus in suis singularibus. in parte donatio. sin/gulari incipiente. vxor donauit marito. et camperi? in suo tractatu de dote. ſ. parte. qõ. lxxix. ADDI Et Bartholomeuz Sozinum consi. cxxiij. in princ. incip/it Supra scriptum. & Felin. in. c. terre loco. de pre/sum. TIO. Sensit idem Bal. in. l. cum in te. in prin/cip. C. de dona. ante nupt. intellige quando præcesse/runt sponsalia. alꝫ per solam traductionem ad do/mum viri non precedentibus sponsalibus: nõ viden/tur sponsalia contrahi vt dicit rex. no. in. l. quesitũ. ff. de sponsa. & in ca. ex parte. ¶. de restitu. spo. quia licet mulier consenserit ductioni: non tamen ideo cõsensit nuptijs contrahendis: et consentire potest vt concu/bina. ita dicit gl. fi. in. d. l. quesitum. ADDI Tradu/ctam autem intelligo sponsam: non solum qñ spon/sus eam ad domum suaz traduxit: verum etiam qñ sponsus transiuit ad commorandum cum sponsa in/domo ipsius sponse. quoniã vtroq; casu sponsa dici/tur traduci: non traducere: vt notatur in preallega/tis iuribus. In cuius signum cauere solent sponse: ne mariti limen pedibus attingant: sed translate in/troeant vt declarent non sua sponte: sed quodam/3 modo vi coactas; solicitum pudorẽ amittere. Qua/er re apud priscos illos cuz certis diebus tum vero Kalend. omnib⁹ que Jano dedicate sunt virgines/ duci religio fuit: eo quod eis virginitatem quodammodo fie/ri videretur: quod tunc piaculum fuerat: vt latius/ prosequitur Franciscus Barbarus in suo eleganti libello. dere vxor. lib. ſ. c. viij. vnde Horgon. illa su/perba mulier merito vituperari potest que an adve/rum proficisceretur interrogata: non equidem in/quit: sed ad me vir cum vxor pene sit famula viri. vt c. hec imago. xxxij. q. v. & sibi debeat seruire & obse/qui. vt in precedentibus dictum est TIO. ¶ Con/firmari potest tali ratione quando vxor non est tra/ducta: nõ videtur inter ſponſos tanta domesticitas nec tantus amor: nec per consequens eadem ratio/ prohibitionis. sicut quando vxor iam fuit traducta. ideo merito talis donatio bene valebit. ita dicit Jo. de imo. in. d. ¶. lucius. ¶ Ad quod bene facit quod/ voluit Franciscus de Are. in. l. si diuortio. iñ. colum./2 ff. de verb. obli. vbi dicit quod ✝sicut confessio facta/ per maritum ante matrimonium de dote recepta: non presumitur facta animo donandi vt singulari/ter concludit Jo. And. in addi. ad specu. isto titu. in/ rubrica. Bal. in. l. pe. ¶. mulier. ff. sol. matri. Sic etiã/ quando esset contractum matrimonium per verba/ de presenti sed necdum consummatum. quod tene/ menti quia est valde notandum et alibi nõ legi. Et/ ratio huius est secundum eum: quia ante matrimoni/um consummatũ non presumitur esse tantus affe/ctus inter eos: quia non est inter eos tanta domesti/citas: sicut post. Nam constãte matrimonio sepe vir/ bladitijs mulieris flectitur. vt. l. fi. C. si quis aliquẽ/ rest. prohi. vnde disparitas affectionis facit qõ non/ ita de facili presumatur donatio ante matrimoniũ/ consummatum sicut post. Ita ergo videtur dicen/dum in casu nostro vt valeat donatio inter ſponſos/ de presenti ante copulã. Subdit tamen Jo. de imol./ in. d. ¶. quod dictum Azonis non possit practicari in/ partibus Lombardie vbi vir post desponsationem/ conuersatur in domo vxoris habendo secum copu/lam antequam traducatur & facit festum nuptiarũ./ Idem vt audio fit apud Cantabros & Guandales.

¶ Sed meo iudicio nullibi hoc dictum practicari/ potest: tum quia contrarium tenuerunt plerique. vt/ Ly. & Bal. in. d. l. cuz in te. & Bal. in. l. cum te ſponſe/ eo. titu. vt refert Alexand. consil. clxij. pe. colum. ver./ item respondeo. v. vo. ADDI Salice. in. d. l. penul./ Bartholomeus Sozinus cõsi. cxxiij. co. ij. ver. Sed/ his nõ obstantibus qui pulchre loquitur. videas ro/go. TIO. Tum quia vt mihi videtur non potest/ iure sustineri cum sit contra casum expressum: cui/ nullatenus responderi potest. in. l. pe. ff. isto titu. qui/ dicit donationem inter cõiuges nõ valere nisi ante/ matrimonii contractũ factũ sit. qõ de cõsensu intel/ligit. quẽ text. sic allegauit & induxit glo. in. l. iij. ff. isto/ti. in ver. cõcubine. & Bald. in. l. vnica. in fi. C. de vsu/capio. pro dote. & ipsemet Joã. de imo. in. l. mevia in/ fi. principij. ff. sol. ma. refert & sequit Alex. in. d. l. si so/cer. in finalibus verbis. & Franciscus de Are. in. d. l./ si diuortio. in fi. ff. de verb. obli. ¶ Ad idẽ est bonus/ text. iuncta glo. in ver. concubine. in. l. iij. ff. isto titulo/ vbi dicitur quod ✝matrimonium dicitur & maritus/ et vxor dicuntur contractis dũtaxat ſponſalibꝰ per/ verba de presenti: licet non interueniat carnalis co/pula. et sic concludit ibi glosſ. quod sicut prohibet/ donatio inter coniuges constante matrimonio seu/ inter virum & vxorem: ita & matrimonio non cõsum/mato: ex quo interuenit cõsensus de presenti. Et quã/uis ibi glo. dixerit hoc procedere de iure canonico:/ tamẽ dico idem de iure ciuili vt probatur in aur. de/ nuptijs. ¶. nup. & ibi bona gl. colla. iiij. Ad validitatẽ/ enim matrimonij nec de iure canonico nec ciuili est/ 4 necessaria ductio ad domum nec ✝copula carnalis:/ vt voluit glosſ. in dicta lege cum te. C. de dona. ante/ nup. est rex. in. l. mulierem. & l. denicq. ff. de ritu nupt.

& in. l. nuptias. ff. de reg. iur. Nã & vxor quãdoq; du/cit virum: vt. l. si ignorans. ff. so. mat. Solus em con/sensus est qui facit matrimonium: vt. c. ſ. & c. cum lo/cum. ¶. de ſponſa. & c. fi. de ſponſa. duo. & c. sufficiat./ & c. cũ inititiak. cũ multis seq. xxvij. q. ij. & c. vnico. de/ vxo. li. vj. vnde adesse ✝matrimonij non est necessa/ria ductio ad domũ ſponſi etiã de iure ciuili. vt. ¶. di/ ſi. & tenet glo. apud legistas singu. in. l. cui fuerit. ff./ de condi. & demonst. ADDI Ubi est bonus text. ad/ de bona glo. in. ¶. penul. instit. de excusa. tu. in versi./ maritum. in fine. & ibi not. Ange. in prin. qui vult qõ/ statutum in vxore habet locum in ſponſa & econtra./ TIO. Ex his infert quod titulus vnde vir & vxor/ habet locũ non solum in vxore traducta & cognita:/ sed etiã in ſponſa de presenti. ita tenet Bald. si bene/ aduertatur in. l. certũ. v. colũ. versicu. sequitur vide/re. de bono. pos. vnde vir & vxor. & l. ſ. C. vnde vir et/ vxor. quem simpliciter refert & sequitur Ludo. bo/nogni. in tractatu de successiõibus ab intestato. in/ suis additionibus ad Matheſillanũ. char. iij. ante/ finẽ ij. colũ. Idem latius firmat Nico. de Ubaldis/ in suo tractat. de successio. ab intestato. iiij. parte. in/ princi. qui dicit se sic cõsuluisse in contingentia facti/ de quo statim subijciam. ¶ Et hinc est quod dispo/sitio aur. preterea. C. vnde vir & vxor. que loquitur/ in vxore vt constante. ¶ Nota & vide Barto. in. l. nisi/ hi. ff. rerum amotarũ.]matrimonio sine dote vxor/ inops succedat marito locupleti precedenti fm for/mam ibi tradita: habet etiam locũ in ſponſa de pre/senti nondum traducta vel cognita. ita tenuit solus/ Franciscus de pepis in repe. dicte autẽ preterea. in/ fi. col. motus ex aliquibus fundamentis de quibus/ s. & per cap. coniunx. xxvij. q. ij. vbi coniunx vocatur/ etiam ea que concubitu cognita non est. tene menti/ illud dictum quia est nouum. ¶ Hinc etiam quod/ 6 ficut ✝mater filiorum mortuo patre que trãsiuit ad/ secundas nuptias non potest esse tutrix eorum vt. l./ omnem. C. ad Tertullianũ. & in. l. ij. cum aur. ibi posi/ta. C. quando mu. tute. offi. fung. po. & cap. ex parte./ DD. supra de appellationibus. ficquando contrahit/ ſponſalia de presenti. Mirabile dictum est Specul./ titulo de tutore. ¶. nunc dicendum. quinta columna./ verficulo item excipitur. refert & sequitur Bartol. in/ lege si quis sub conditione. ff. de testa. tute. octaua/ columna. verficulo quero an statim. & Ludouic. sin/gulari. ccxxij. incipiente: tu habes. Bald. ¶. nos au/tem. nona columna. verficulo et p hoc instit. de attili./ tutor. idem tenet Lucas de penna. in lege finali. co/lumna prima. C. de incolis. libro decimo. ¶ Hinc est/ 7 etiam quod licet matrimonium per ✝ verba de pre/senti contractum non fuerit copula carnali consum/matum: nihilominus vacant beneficia que quis ha/bet vt volunt domini de Rota in decisionibus no/uis. xxvj. incipi. si impetratur beneficium. que bodie/ reperitur sub titulo de clericis coniugatis. ¶ Hinc/ 8 est etiam quod si ✝legatum fiat mulieri pro dote vt/ in tempus nuptiarum: si quidem fiat maiori. intelli/gendum est de die festiuitatis nuptiarum. vt. l. sanci/mus. C. de nupt. et intellige festiuitatem nuptiarum/ quando matrimonium contrahitur per verba de pre/senti posito quod ad domum viri non fit traducta./ vt. l. cũ fuerit. & ibi no. ff. de condi. & demon. ita nota/biliter dicit Bar. in. l. titio centũ. ¶. si. co. fi. ff. e. ti. qõ/ tene mẽti. ¶ Hinc est etiam ꝙ si dictat statutũ vel/ factum est pactum inter coniuges quod vxore pre/mortua fine liberis: maritus lucretur dimidiam do/tis: si premoriatur ſponſa de presenti dotata: ante du/ctionem ad domum & carnis copulam: ſponſus seu/ maritus lucrabitur dimidiam dotis. ita sensit Bar./ in. l. nihil. ff. rerum amota. arg. illius text. & in. l. ſ. in pn./ C. vnde vir & vxor. & ibi etiã Bal. Pau. Bud. Salic./ Jason. ſ. colum. ver. ij. ista regula. vbi firmãt legem il/lam que loquitur in vxore: habere locũ etiam in ſpon/sa de presenti. Secus dicũt in ſponſa de futuro: que/ licet alias habeat plinilegia competẽtia vxori vt est/ text. nota. in. l. ij. ¶. fina. cum. l. seq. & principio. l. sequẽ/tis. ff. de priui. credi. tamen non habet priuilegiũ suc/cedendi ſponſo ab intestato quia nondum est perfe/cta aliqua affinitas vt. l. quod seruus. ff. de cõditio./ ob causam. hanc partem expressius tenet Bald. in. l./ sancimus. C. de nuptijs. et in. l. deo nobis. C. de episc/ & cleric. iij. colum. verficulo sed iuxta hoc pone. & ibi/ Raphael fulgo. & latius Pau. de ca. ibidem et in. l./ si ante nuptias. & in. l. si marito. ¶. ſ. ff. so. ma. et in. l. si/ donaturus. ¶. si quis indebitum. ff. de conditio. ob/ causam. et latius consilio. cxxiij. incipiẽ. super primo/ quesito. Idem tenet Raphael cuma. in. d. l. nihil. et/ in. d. l. si ante nuptias. Ange. in. l. ſ. C. de impo. lucra./ descript. anchara. in repetitio. c. ſ. supra de constitu./ charta. xlj. in. xliij. qõ. principali. verficulo quero de/ questione que mihi occurrit de facto. Hoc idem fir/mat multis fundamentis Ang. de Aretio in. ¶. fue/rat ante. instit. de actio. charta. xvij. verficulo. quero/ de questiõe quotidiana. Et subdit ꝙ hec opinio ser/uatur in practica. maxime si iam maritus ante mor/tem vxoris ceperat sustinere onera matrimonij. in/ vestibus et aliis vt docet experientia. dicit etiam qõ/ quamuis ista expensa & damnum mariti nõ fit tan/tum quantum esset lucrum dotis: tamen integram/ medietatem dotis debet lucrari et habere prout/ statutum disponit. arg. l. creditor. ¶. inter maritum./ ff. manda. qui est bonus text. Sicut econtra potest/ contingere quod dotis fructus vel etiam dimidia/ proprietatis dotis vel forte tota dos non sufficeret/ ad onera matrimonij inchoandi siue iam inchoati/ et copula carnali consummati. Nam vt videmus/ quotidie antequam ſponſus traducat ſponſam et/ in ipsa traductione facit magnas expensas et fere/ expendit totam dotem in vestibus ornamentis et/ conuiuio et in muficalibus et similibus. Et si post-/ea veller illa ornamenta et vestes vendere: non re/periret dimidiam eius quod expendit. et tamen ni/hilominus maritus tenetur sustinere onera matri/monij. vt lege⁹ pro oneribus. C. de iure dotium. & c./ salubriter. infra de vsuris. Unde ista quodammodo/ dependent a fortuna: et maritus in effectu videtur/ emisse istum casum sicut quemcunq; alium vt lege/ in vendendo: et lege finali. ff. de actioni. empt. habe/bit ergo maritus hoc casu dimidiam dotis ſponſe/ de presenti etiam nondum traducte ad domum/ nec carnaliter cognite. Hanc etiam partem vt dixi/ tenet fulgo. in dicta lege deo nobis codice de epis/copis et clericis. dicens se ita alias consuluisse cum/ pluribus doctoribus. istam etiam sequitur can/

petius in suo tract. de dote. v. parte. q. xiij. per plura fundamenta que videas per te. ⁊ dicit ꝙ ista seruaretur in practica. idē tenet Nico. de vbal. in. d. tractatu de successionibus ab intestato. iiij. parte. in fine.

¶ Et hanc reneas ꝙuis contrariū teneat Petrus de ferra. in sua practica in forma libelli. q̄ vxor agit ad dotē in parte vxor quondam. in. ij. col. dicens qđ
9 promissio vel dotis datio videtur facta sub conditione si ipsa sponsa virgo ducat ad domū viri prout
11 fieri solitū est ab omnibus. argu. l. stipulationem. ff. de iure do. ⁊ l. non em̄. l. promittendo. in princi. ff. eo. Unde cum defecta ⁊ non impleta fuerit conditio: debet cessare ipsius dotis lucrum ⁊ acquisitio: ⁊ hāc partem videtur consuetudo inclinasse fm eum. Idē latius firmat Abbas in. c. ex publico. in princ. supra de conuersione coniugatorum. per illum tex. dicēs se sic consuluisse. ⁊ est suum consilium primū. s. vol. ⁊ in. c. tertio loco. de presump. qui late ⁊ pulchre loquitur. ¶ Idem tenet Sali. in. d. l. cum in te. C. de dona. ante nup. per rationes satis exquisitas: quib⁹ respondere potius esset laboriosum ꝙ subtile. sunt eīm rationes sue vt inquit Pau. de castro vbi supra satis friuole si bene inspiciantur cum vadant per grāmaticales expositiones vocabulorum: dicendo qđ vxor dicitur quia in vsu viri ⁊ maritus dicitur ma-
12 ris ritus ⁊c. que verba penes legistas debent esse derisoria: q; statutum ⁊ statuentes non cōsiderarūt tales expositiones que paucis note sunt: sed potius cōmunem vsum loquendi fm quem vxor ⁊ marit⁹
10 dicuntur statim quod † matrimoniu⁹ est contractū per verba de presenti: vt in iuribus supra allegatis ¶ Questio nam̄ vocabulorum pertinacibus est relinquenda vt dicit gloss. in rubrica. ff. soluto matrimonio. Et in. l. ij. in verbo vocabula. C. de constit. pecu. Et Innoc. in. c. q; verissimile. in fi. de presump. Ad esse ergo matrimonij ⁊ ad verificationem statuti: non est necessarium quod vxor seu sponsa traducatur ad domum viri nec ab eo carnaliter cognoscatur. ¶ Quinimo quod plus est dato quod statutum requirerer ductionem vxoris ⁊ copulam carnalem: vt puta quia statutum diceret in matrimonio copulato ⁊c. adhuc sufficeret matrimonium contrac-
14 tum per verba de presenti. si per sponsam steriesset quo minus duceretur vt voluit Bald. in. l. non fine. C. de bonis que liberis. ad quod bene facit. l. in executione in fine. ff. de verborum obligationibus. ⁊ in l. si rem. ff. de prescript. ver. §. fina. ⁊ l. iure ciuili. ff. de prescrip. verbis. secundum Paulum vbi supra. ¶ Cōtrarium tamen sentit Bald. in capitulo capellanus. in fine. supra de ferijs. dicens quod fuit questio de facto quod vir debebat lucrari dotem si vxor premoie 1
retur matrimonio copulato. dicit ipe quod matrimo 2
nium copulatum dicitur quando est consummatum per carnalem copulam non ante. alias frustra de copula statutum fecisset mentionem. vt. C. de nup. l. sancimus. secundum eum. quia matrimonium per con- 3
sensum initiatur ⁊ per copulam perficitur. secundū 4
Baldum in. c. ex transmissa in fi. §. de resti. spo. ⁊ in. c. pe. §. de proba. de quo latius dicitur paulo supra. §. operatur alium ⁊ secundum effectum. sed idem bal. 5
consilio. cclxxvi. in secunda parte incipiē. consuetudo 6
nititur concordare opiniones dicens quod si p spō-

sam stetit quominus duceretur vel per casum fortuitum sine culpa viri vt puta quia mulier premoritur: tunc vir debet lucrari ⁊ sic procedat prima opinio. recus per maritum vel eius culpa vt ibi latius per eum. idem fuit de mente Salicet. in dicta. l. cum te. in fi. dicens quod si mulier ducta esset ad domum vt viro coniungeretur: si ante coniunctionem decessit: tunc vir lucrabitur partem dotis debitam a statuto. quia pro † coniuncta et copulata habetur que de proximo copulanda erat. argumen. lege penultima. ff. de milit. testamen. et institu. de donationi. §. finet quia cessat potissime ratio retentium contrariam. partem secundum eum ad quod faciunt multa que supra adduxi in alio proposito. columna. cliij. §. fino fortius. Postquam ista scripsi reperi dominum Felinum hunc articulum examinasse vltra omnes in rubrica. ē. de sponsalibus. columna secunda. versi. ex predictis infertur. quem hactenus non videram testis est mihi deus ⁊ eis q̄ ipse cumulauit ⁊ ego hic retuli. haberi potest hic veritas huius articuli.

¶ Adde quod sponsus debet traducere spōsam ad domum suam nō autem debet expectare qđ traducatur ab ea. vt. l. pe. §. viri. cini. ff. isto titu. quē text. ad hoc allegat Bal. in. c. iurauit. pe. col. ē. de probat. et
12 est ratio fm eum † quia magis dignum trahit ad se minus dignum. aliquando tamen vxor traducit vi rum ad domum siue domicilium suū. vt dicit Bal. in. l. si. in prin. C. si a non compe. in quo casu dicit inspiciendam consuetudinem domicilij mulieris vbi est celebratus contractus dotis. ⁊ est magna limitatio ad. l. exigere dotem. ff. de iudi. et hoc idem dispo
nit hodie l. regni. iiij. parti. titu. xj. l. xiiij. quam bene notabis. Et fm eam pluries vidi iudicari in cancellaria. de quo vltra omnes. vide Andreaz ficulum in consi. iiij. j. parte. Alexan. consi. c. j. volumine. per doctores nostros in cap. j. supra de sponsa. ADDJ Antonius autem vasallus cognoscens sponsam dñi perdat
13 feudū sicut qui cognouit vxorem i vide Aluarotū in c. j. quibus mo. feudum ami. ⁊ Jacobum de sancto Georgio in tractatu feudorum. foli. cxxii. colum. iii. ver. quid in sponsa vbi videre poteris. adde p dictis
14 quod † coniunx dicitur non solum illa que ducta est: sed ⁊ illa que ad ducendum est parata. cxvij. qō. ij. §. iurta. et ibi nor. de quo videas lucam de penna. in. l. bis solis. col. j. C. qui militare non po. li. xij. adde etiam quod tūc sponsa dicitur in plena potestate viri: quando ab eo est carnaliter cognita fm Bald. in c. iurauit. de probat. ⁊ dico latius infra cū agitur de acquisitis per sponsos. TJO.

☞ Donatio facta sponse que nondum est viri potens an valeat.

Donatio facta sponse de futuro valet.

Virginem minorem duodecim annis corrumpens non debet pena mortis puniri. sed deportari debet: secus in virgine matura.

Legatum factum mulieri quando nupserit nō debetur ei antequam viripotēs esse ceperit licet prius nupserit.

Actus actuorum sunt in patiente bene disposito.

Donatio facta in locum donationis anterioris an valeat.

¶ Et redeundo ad illud super
quo principalis nostra dirigebatur intentio. scz ad donationem factam inter sponsos de presenti. lz re-
1 gulariter non valeat vt in superioribus dictū est: intelligē t nisi sponsa illa de presenti nondum esset viri potens: nam tūc bene valet donatio sibi facta a spō-
6 so. casus est singularis in. l. penul. ff. isto titu. ratio po est esse quia ex quo ipsa non est viripotens ⁊ sic est impubes: verba de presenti prolata inter eos quam
2 matrimonium contrahere intenderent: iuris fictione seu interpretatione fuerunt sponsalia de futuro. vt in. c. vnico. de desponsa. impube. libr. vj. † donatio autem facta sponse de futuro valet: vt. l. inter eos. ⁊ l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. eodē. cū aliis pluribus. de quibus supra. in principio. ⁊ sicnō est mirandum quod valeat donatio quam facit spōsus de presenti sponse de p̄ti que nondum erat viri potens. cum in veritate nō possit dici sponsa de presenti sed potius de futuro. Facit ad predicta quod i
3 silt dixit Guillelmus quem refert Bal. in. l. si q̄s nō dicam rapere. in fine. C. de epis. ⁊ cleri. quod si quis † deflorauit quandam mulierem minorem duodecim annis: non debet sibi imponi pena mortis: sed debet deportari: q; aliud est de virgine matura que pdit virginitatem q̄ nunquā potest restaurari. nā est consummatum delictum ab agente in passam: aliud est in pupilla que non potest virginitatem perdere: vñ minor pena imponitur. q; respectu passe illud male ficium est magis attentatum q̄ perfectum ⁊ cōsummatum: ⁊ dicit quod est casus in. l. si quid. aliqd. §. q̄ nondum viri potentes. ff. de penis. ⁊ in. l. si vxor. §. si minor. ff. de adul. ADDJ Addidem facit. l. si stupuit. §. si. ff. de iniur. ⁊ l. si seruus seruus seruum. §. si oliuam immaturam. ff. ad legē aquiliaz. vbi si quis stu- 1
prauit virginē nōdū viripotētē: non tenetur actione iniuriarum. vt. d. §. si. quia virginitas potest restau- 2
rari fm doctores. idem de eo qui oliuam immaturā 3
decerpserit. vt. §. si oliuam. de cuius intellectu vide ibi doctores ⁊ Abbas. in. c. nouit. de iudi. col. ij. verti. tertio oppono titius ⁊c. ad idem. l. peñ. ff. quādo di- 4
lega. ced. vbi legatum factum mulieri quando nu- § 57
pserit: si ea minor q̄ viripotens nupserit: non ante ei 1
legatum debebit: quam viripotens esse ceperit: q; non potest videri nupta que virus pati non potest. Ex istis infertur q̄ licet per leges Zauri. de quibus supra filiusfa. vel filia per contractuz matrimonij cū solennitate relationum: efficiant sui iuris debet intelligi dum tū sint apti ad copulam carnalem. alias secus. item potest inferri qđ tunc sponsalia de futuro transeunt in matrimonium de presenti: quando mulier esset viripotens: non autem si non esset viripotēs ⁊ fuit de facto stuprata: vt sentiūt doctores Abbas ⁊ alij in. c. continebatur. ⁊ in. c. a nobis. de despō
5 sa. impube. † actus eīm actuorum sunt in patiēte bene disposito vt inquit Philosophus. ⁊ probatur in c. venerabilem. de electioni. TJO. Ad idē facit qđ voluerunt Jaco. de rauen. ⁊ Petrus in. l. nō suc. C. de bonis que liberis. quos refert ibi Bald. prima co 2
lumna. vbi dicunt quod stante statuto quod filia dotata debeat esse contenta dote: et non succedat cum fratribus si pater assignauit ⁊ exbursauit dotē pro filia nondum nubili nec ad matrimonium apta que contraxit matrimonium: sed iuris fictione sunt sponsalia de futuro in. c. vno. de desponsatione impuberum. libro. vj. nihilominus succedet cum fratribus cum agatur de odio sponse. Ecce quod femina nondum viripotens non iudicatur integra ⁊ perfecta: vnde merito donatio sibi facta valet. ¶ Idem dicas si sponsus de presenti donaret sponse de presenti aliquid † in locum donationis ab eo facte ipsi sponse cum erat spōsa de futuro. quequidem donatio tunc non valuerat: quia forte donata fuit res aliena. Unde donatio postea sequuta loco prime licet facta fuerit post sponsalia de presenti: ⁊ sic constante matrimonio bene valet. vt est textus multum singularis in. l. si donate res. §. primo. ff. isto titu. quem ad hoc miro modo extollit Ludouicus. consi. cxlvj. in fine incipien. ista questio. ⁊ facit secundum eum text⁹ in ratione sui in. l. filie. §. titia. ff. de conditio. ⁊ demōstratio. ratio huius potest esse quamuis ipse non dicat: quia sicut valuisset donatio inter sponsos de futuro: si res donata esset donatoris. vt d. l. inter eos. ⁊ l. cum hic status. §. si quis sponsam. ff. isto tit. Sic etiam debet valere ista donatio nūc facta subrogata loco illius: quia debet sapere eius naturam. vt. c. ecclesia sancte Marie. ē. vt lite pendente. cum concor. ¶ Idem si fiat donatio reciproca inter spōsos de presenti. vt puta quia alter alteri ⁊ econuerso aliquod ornamentum donauit: vt quotidie fit: quonīa tali casu valida est donatio etiam inter virum ⁊ vxorem. vt. d. l. quod autem. §. si vir ⁊ vxor. ff. isto titulo. vbi est tex. singularis. ⁊ tenent Pet. Lynus: Bald⁹ ⁊ alij in. l. si pater puelle. C. de inof. testamē. ita dicit Ludo. consi. cxlvj. ij. col. in princ. de quo latius dixi ē in. ij. limitatione. §. v.

☞ Matrimonium precessisse presumitur p traductionem sponse ad domum.

Consensus signa sunt leta festiuitas.

Spōsalia de futuro transeunt in matrimoniū de presenti per traductionem vxoris ad domum.

Professus censetur nouitius qui actibus professoꝝ se ingerit.

¶ Sed quamuis quo ad validi
§ 57
tatē mrimonij ⁊ quo ad predicta nihil operet † traductio spōse de p̄ti ad domū spōsi nec carnis copula: opat tñ vnū effectū satis singulare. facit eīm presumi mrimoniū p̄cessisse vt ibi tex. ⁊ ibi no. Bal. in. d. l. cū in te. C. de dona. ante nup. in finali⁹ p̄bis. ⁊ hoc ideo fm eū: q; cōiter accidit qđ sponsa si ducitur ad domū spōsi nisi prius cōtrahatur matrimoniū. et valet arg. a cōiter accidentibus: vt. l. necz natales. C. de proba. ⁊ c. j. §. de cleri. non resid. ¶ Quinimo hoc ipo qđ spōsus de futuro traducit spōsam ad domū suā trāseūt spōsalia in mrimoniū etiā citra carnis copulā: vt notā. voluit Jo. and. in. c. fi. §. de spōsali. Ant. in. c. ex parte. de resti. spo. p illū tex. tenet Baldus in. d. l. cū in te. faciūt nor. p eū in. l. deo gebis. C. de epi. ⁊ cleri. per Bar. ⁊ Imo. in. l. cū fuerit. ff. de cōdi. ⁊ demon. signa † em cōsensus sunt leta festiuitas. argu. ff. ad munic. l. si quis instructi. ⁊ §. publice leritie vel consulum. l. vnica. libro. xij. ¶ Ad idem est bonus text. in. l. mulierem. ff. de ritu nuptia. iuncta glo.

vbi per traductionem sponse ad domũ sponsi: spon- 1
sa presumitur vxor. ¶ Nõ tñ intelligit Bal. ibi qñ
verba fuerunt dubia vel non apparet an de presen
ti vel de futuro sint prolata: nã tunc per traductio-
nẽ declaratur quod, sint de presenti. hoc idẽ videtur
fuisse de mente Salice. in. d. l. cũ in te. vbi dixit no.
quod ex traductione in dubio ꝛ sic vbi aliud nõ ap 2
parer presumitur precessisse matrimoniũ: per verba
de presenti. ¶ Jdẽ dicas tu si verba erant clara et
expressa de futuro cũ iuramento. vtputa si aliquis
iurauit accipere aliquã in vxorẽ: postea incõtinenti
ducit eã ad domũ: videnť purificata sponsalia ꝛ vi
deť eã in vxorẽ accipere. itaqꝫ per traductionez ad 3
domũ sponsalia de futuro transeũt in matrimoniũ 3
de presenti. de hoc est tex. fin. in auť. quib. mo. na. ef-
fici. legi. §. qm̃. col. vj ꝛ ibi no. Ang. de quo meminit
prepositus Alexã. in. c. is qui. in fi. §. de spõ. ¶ Nec
tñ intellige qñ traductio est facta cũ solennitate q̃
solet adhiberi in traductione vxoris: vt notanter vo
luit solus Abb. in. d. c. ex parte. pe. co. §. de restí. spo.
motus ar. tex. ꝛ quod ibi no. in. c. vidua. §. de regul.
4 vbi dicit quod nouitius ꝛ qui sponse se ingerit acti-
bus professorũ: censeť professa: ita si sponsus de futu
ro sponse se ingerit actib⁹ maritoꝝ faciendo id qõ 4
soli mariti facere cõsueuerunt. l. traducere sponsam
ad domũ suã cũ solẽnitate que solet adhiberi in tra
ductione vxoꝛ: merito videtur ipsam vxorẽ ducere
secus si alꝫ sine solennitate. ¶ Intelligo quando
sponsi sunt etatis legitime ꝛ nulla interuenit violẽ-
tia: alꝫ secus: vt. d. c. ex parte. de restí. spoli. ꝛ in. c. ex
literis. de despon. impu. ¶ Ex his infertur ꝙ si du-
bitať an donatio inter coniuges facta sit ante ma-
trimonium contractũ: vel eo cõstante attẽdiť tradu
ctio ad domũ: ꝛ si de traductione constat in dubio
presumitur facta cõstante matrimonio ꝛ non valet:
vt. d. l. cũ ante. ꝛ tenet Hosti. in summa ti. de dona. p 1
pter nup. §. fi. in fi. ꝛ Jo. de imo. in. d. l. mevia. in fine
princ. ADDJ Adde predictis ꝙ per traductionem
mulieris ad domũ viri: si ipsa post modicũ tẽpus re 2
cessit: ꝛ ad domũ suã redijt: non presumiť a viro car
naliter cognita: nec ratificatur matrimoniũ cui mu
lier coactum meticulosumq; adhibuit consensum. p
ea que habẽtur in. c. ad id qõ supra de spon. ita no-
tanter cõsuluit Ancha. consi. ccx. sequiť Alex. consi.
xciv. in fine. lij. volu. Jaſ. in. l. si ob turpẽ. ff. de cõdi. 1
ob tur. cau. in fi. dixi latius in. c. j. de his que vi metus
ue causa fiunt. col. iij. in meis recollectis.

1 ☞ Sponsam nondum traductã rapiens an teneatur pena raptus.
2 Sponsa cum traducta est ad domum sponsi statim est in eius potestate: et potest eam inuitam cognoscere.
3 Matrimonium consensu initiatur: ꝛ carnis copula consummatur.
4 Naturales ꝛ spurij tantum non faciunt rempublicam.

§ 58 **Operatur alium et secundus**

effectũ traductio: q: si sponsus rapit sponsam postq̃
eã traduxit nõ tenet pena raptus sicut cũ rapit vxo
rẽ in qua hz manus iniectionẽ: q: tenet sibi redde-
re debitũ: vt. l. sicut patronũ. ff. de ope. li. exhi, cuz. l.
seq. ¶ Secus tñ est ſ in eo qui rapit sponsam nõdũ
traductam ad domũ suã vt. l. vnica. C. de rap. virg.
ſm Bull. ibi quẽ refert ꝛ sequiť ibi Sali. iij. colũ. et
Bal. in. l. raptores. in fi. C. de epi. ꝛ cle. ꝛ vij. parti. ti.
xx. l. fi. de quo tñ dicendũ vt not. in. c. cũ cãm. j. de re
ptu. idẽ voluit Bal. in. c. iurauit. pe. colũ. §. de pba.
vbi dicit qõ ſ cũ sponsa est traducta ad domũ sponsi
statim est in eius plena potestate ꝛ põt eam inuitam
cognoscere. secus si est in domo patris ipsius mulie
ris: vt. d. l. vnica. C. de rapt. virg. Jdẽ dicit si forte dis
stant per aliquas dietas. nam dũ est in itinere: non
debet eã opprimere: q: quod est in via nondũ est in
termino. vt. d. l. cum inter. ſm eũ. Nõ predictoũ põt
esse: qꝛ matrimoniũ consensu initiatur: ꝛ carnis co-
pula consummať. Unde per consensum efficiuntur
vir ꝛ mulier vnum ꝛ idẽ voluntate consensu animi:
sed per carnalẽ copulã fiunt vna caro. nec est matri
monium ex omnibus suis partibus perfectum nisi
intercedente copula que etiã est principium genera
tionis ꝛ honorabilis perpetuationis generis huma
ni sicut in aialibus nihil generatur nisi per conjun-
ctionem maris ꝛ femine: vt. l. j. §. penul. ff. de iustí. et
iu. ꝛ no. in auť. de nup. in prin. Unde sine matrimo- 4
nio respublica stare non posset: qꝛ naturales tantũ
ꝛ spurij rẽpublicã non faciunt. vt. ff. solu. matri. l. j. ꝛ
ff. de decu. l. generaliter. §. spurios. ista sunt ẽba bal
di in. d. c. ex transmissa. fi. col. de restí. spo. idem sentit
in. c. pe. §. de prob. ADDJ Ad hoc igitur vt mulier
sit in plena potestate viri: opz quod sit ab eo carnal
liter cognita. vt. §. dictum est. ꝛ sentit Bald. in. l. nõ
epistolis. C. de proba. Abb. in. c. ex parte. de restí. spo
lia. Jo. fab. in. l. non fine: in finali⁹ verbis. C. de bo.
que lib. vnde ante hanc copulam ꝛ traductionẽ: non
videntur cõmunicanda lucra inter sponsos: vt. j. dix
cemus. TJO.

☞ Legatarius post aditam hereditatem nõ põt autoritate propria rem legatã capere alꝫ perdit ius quod habet in re legata.
Res vxoris quocunq; titulo querite non capiuntur propter delictum seu condemnationem mariti.

§ 59 **Operatur alium et tertium**

effectũ traductio ad domũ: q: Spõsa de pñti sicut
nec q̃libet alí⁹ cui res legata est a testatore vel spõ
so post aditã ꝛ hereditatẽ nõ põt rẽ legatã ppria au
toritate capere alꝫ p̃dit ius qõ hz in re legata. vt. l.
nõ dubiũ. C. de legi. l. vna. C. quoꝝ leg. ꝛ. l. j. eo. ti. ff.
cum cõcor. secus tñ est in vxore iã traducta q: illa po
test sine metu pene rẽ sibi legatã a marito propria
autoritate capere. Itaqꝫ bonũ consilium est vxoꝛ q̃
fit velox in acquirẽda possessione rei legate. Ita ne-
dixit Bal. in. d. l. j. in fi. C. quoꝝ leg. facit in simili qõ
dicimus de vxore traducta ad domũ viri: q: eo mor
tuo põt ppria autoritate ablq; aliqua licentia iudi-
cis remanere in detentatione domus quã cũ mari-
to viuente inhabitabat iure familiaritatis tanquã
vxoꝛ. ꝛ eã põt ppria autoritate p dote sua possidere
ita not. voluit Bal. in. l. pe. §. no. C. de nõ nu. pec. ꝛ in
l. pignoris. C. de pigno. act. ꝛ in. l. cũ tibi. C. qui po. in
pig. habe. de quo exclamat Jaſ. May. in. §. ites ter-
uiana. xvij. co. insti. de actio. ꝛ Baldus nouellus in
tractatu priuilegiorum dotis. vj priui. xiij. limita. ij.

col. benefacit tex. in. l. si quis post hac. C. de bo. dam
2 na. vbi dicit ſ q̃ res vxoris ex quocũq; titu. quesite
non capiunť ꝑpter delictum seu cõdemnationẽ mari
tiimo vxoꝛ sua propria autoritate potest illas cape-
re ne capiantur a fisco. ꝛ in hoc vltimo ille tex. est sin
gu. fm Andr. sicu. in. c. ex literis. §. de pign. in princ. 3
Jdem est de arris sibi a marito donatis. vt. vj. parti
cu. ti. ꝛ. l. viij. istud operatur traductio ad domuz vt
predixi.

1 ☞ Traductio vxoris ad domum hoc operatur ꝙ quicquid acquirit vxoꝛ presumitur acquisiuisse de bonis mariti.
2 Prelatus in dubio presumitur acquisiuisse intuitu prelature.
3 Concubina in domo amasij retenta presumitur acquisiuisse de bonis amasij.
4 Vasallus adulterans vxorẽ domini priuať feudo.
5 Vxoꝛ repellitur a testimonio pro marito ꝛ etiam cõcubina pro amasio.
6 Uxores duas viuentes habens est infamis.
7 Concubinas duas retinens est infamis.
8 Emphyteusim accipere potest maritus pro se ꝛ vxore sua ꝛ etiam amasius pro amasia vel concubina: nisi sit emphyteusis ecclesie.
9 Vasallus immiscens se cum concubina domini perdit feudum.
10 Acquisita inter amasium ꝛ amasiam in domo retẽta an cõmunicentur inter eos.
11 Acquisita per vxorem presumuntur de bonis mari 4
ti quis probetur vxorem fuisse adulteram. ꝛ nume.
14. ꝛ. 18.
12 Natus in domo ex vxore presumitur filius mariti. 5
13 Natus ex concubina in domo retenta presumitur filius concubinarij: licet cõcubina aliquando diuertisset.
15 Acquisita per vxorem post mortem mariti an presumantur quesita de bonis ipsius mariti.
16 Ex quid de rebus quesitis per clericũ ante adeptionem beneficij vel post.
17 Prelatus quicquid reperitur possidere post prelaturam si non constat de titulo vel possessione antiquioꝛ presumitur esse ecclesie ꝛ noie ecclesie possideri.
19 Filia si ante matrimonium aliquid quesiuit presumitur ex bonis maternis acquisiuisse.
20 Uxoꝛ si ꝑstante matrimonio aliq̃d emat ꝛ in instru 6
mento dicatur quod de sua pecunia emit viro pre-
sente ꝛ assentiente ista confessio tacita preiudicabit
viro vt pecunia non presumatur de bonis suis.
21 Bona in domo mariti ꝛ vxoris simul habitantium reperiuntur cuius presumantur.

§ 60 **Operatur alium et quartus**

1 effectum traductio: quia postq̃ ſ vxoꝛ est traducta:
quicq̃d acquirit presumiť acquisiuisse de bonis ma
riti vt euiteť suspitio turpis q̃stus: vt. l. quintus. ff.
isto ti. ꝛ. l. etiã. C. eo. ꝛ gl. i. l. cũ oporteat. in ver. ex ei⁹
substãtia. C. de bonis q̃ lib. Canoniste habem⁹ gl. in
c. constitutus. in ver. cõmunis. §. de in integ. restí. ꝛ in
c. j. j. isto ti. ꝛ in. c. sint manifeste. xij. questio. prima. ꝛ
mi. Anto. transit ad quintū intellectum dicēs si maritus a principio cum matrimoniū cōtraxit: nō erat pauper et ex casu veniret ad mopiam: tunc pōt mulier petere dotem. Quia nihil potest et imputari ex quo a principio non erat pauper. et hoc modo intelligit iura de quibus in ratione dubitandi. Si tamen a principio maritus erat pauper cū hoc casu sit q̄d imputetur mulieri: q; cum paupere cōtraxit et cōtrahendo cū tali cōmittendo sibi corpus et bona: eius personam approbauit: non poterit petere dotem: sed assignabitur marito eo modo quo hic exponit. ¶ Et ita debet intelligi iste text. ꝓm eum et hunc intellectum ipse approbat: et videtur prima facie adaptari posse ad nostram decretalē que videtur innuere quod iste Henric⁹ a principio erat pauper quod colligitur ex textu dum dicit quod cum magistrum R. super quadam summa pecunie pro Henrico paupere ꝛc. et ita cōtrahendo cū illo paupere videtur approbare mozes ipsius: et ideo non poterat postea petere. ¶ Et q̄tus dom. Anto. non dicat: reperio quod multi egregij doctores et valentissimi iuris ☞tices: tenuerunt istam opinionem. hanc tenuit collectarius in presenti. Jacob. de arenis: Petrus: Lynus: Baldus: Angelus: et Ludouicus ꝓ. in. d. l. si cōstante. ff. solu. matri. Martinus de fano. Ly. et Bal. in. d. l. vbi adhuc: Oldr. in auten. quod locum. C. de collatio. ꝓm quod ibi refert Bald. vij. col. idem Jo. and. in addi. ad spe. isto tit. §. fi. ver. si cum mulier. ¶ Mouentur principaliter hoc fundamēto q̄ ✝ pactum reuertitur ad propriam naturaz dotis: valet pactum et non dicitur conditio dotis fieri deteriōr. vt. l. si vnus. §. quod et in specie dotis. ff. de pac. nam si mulier ab initio fuit pacta quod dos consistens in pecunia restitueretur solu. matri. incontinēti et sic non expectata dilatione legali que hodie est annus. vt. l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. acti. et postea per pactum fuit contenta quod dos non redderetur incontinenti sed post aliquod tempus licet per hoc pactum fieret cōditio mulieris deterior in dote: tamen valet tale pactū: q̄ ✝ res de facili redit ad suam naturam vt ibi dicitur. intellige tamen dummodo talis dilatio postea non excedat dilationem legalē: alias tunc nō valeret tale pactū per id quod habetur in. l. de die. et. l. articulus. ff. de pac. dota. iz forte tunc non vitiaretur tale pactū vsq; ad dilationē legalem. arg. l. sanctimus. in prin. C. de dona. ¶ Eodem modo non valeret ✝ pactum factum per vxorem quod maritus non teneatur prestare il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem diligentiam in rebus dotalibus quam prestat in suis vt sentit glo.in.l.etiam.§.licet.ff.sol.mat.dū allegat legem pomponius.ff.de pa.dota.quia per hoc fieret conditio dotis deterior:vt.d.l. attilicin⁹. et.l.licet eo.tit.intelige quādo fuit factum constante matrimonio secus si solu.mat.z sic intellige text. in.l.contractus.ff.de reg.iur.z gl.in.l.j.§. si conuenerit.ff depositi.vbi culpa remitti potest.ita dicit Joā. Campetius in suo tractatu de dote.ij. parte. quest. lxxiij qñ aūt valeat pactum per quod fit condictio dotis deterior ad preiudicium mulieris vel maritī videas per eūdem in.iij.parte.quest.j.ij.iij.iiij.z.v. ¶Et ex istis sequitur quod si mulier ab initio fuit pacta quod vir teneatur nō solum de culpa leui:sed etiam de leuissima.z etiam de casu z postea ipa mulier remisit viro dictum pactū et renuntiando valeret tale pactum remissuū.licet sue dotis ḑditio deterior fieret:q nō fit deterior contra propriam naturam dotis.imo reditur ad naturam dotis que est vt maritus non teneatur de culpa leuissima nec de casu vt habetur in l.pen.in'puncip.z in.l.etiam.§.j. ff. solu.mat.z firmat Bal. nouellus in tractatu dotis. vij.parte.xj.priui.in.viij.limitatione. ¶Eodem modo videtur dicendū in casu nostro:q natura ṫ dotis est q̄ cōstante matrimonio dos debeant esse apud virum. Ergo pactū vel renuntiatio predicta que tacite resultat ex contractu matrimonij scienter cum paupere:fouetur propria natura dotis. Ergo valere debet:quod autē dos sit talis nature:apparet: q talis consensus est ordinatus de mente iuris z partium cōtrahentium. ideo enim dos datur vt apud virum cōstante matrimonio resideat.vt.l.ij. ff.solu. matri.z.l.pro oneribus.C.de iure dotium. z.c. saluberr.infra de vsuris.z vt maritus sit domin⁹ quādiu matrimonium durat vt.l.docet an illam. C. de rei vendi. ¶Ad confirmationem huius opinionis facit text.in.c.j.de pac.lib.vj.vbi dicitur quod ṫ pactū vel tacita renuntiatio prelati potest preiudicare ecclesie quandoper hoc reditur ad ius commune.ad hoc commendat Abb.illum text.in.c.veniens. viij. colum.de prescriptio. de quo facit festum Francisc. grect.in rubr.ff.de verbo.obligatio. ¶Facit etiam c.ab exo:dio.xxxv.dist.in.z multa alia collecta per Felt.in.c.cum accessissent.iiij.columna.supra de cōstitu.que per te videas. ¶Facit pro ista opinione text.singularis in.l.et heredit.§.familia fami. ff. de pac.vbi littera dicit filiafamilias ṫ pascisci potest vt de dote agat cum fuit iuris esse ceperit.Et ita est ibi text.quod mulier per pactum potest sibi preiudicare circa exactionem dotis saltim ad tempus. Cum autem mulier contrahendo scienter a principio cuz paupere:tacite videtur pascisci quod dos remaneat penes virum z non possit eam ab initio petere ergo valebit tale pactum tacitum. ¶Ad idem text. singularis in.l.ij is a quo.§.fina.ff.vt in possess.lega. vbi si quis a principio malum fideiussorem accepit: non dabitur ei postea actus: imputa:i enim debet sibi ex quo a principio illum approbauit. ¶Ad idē l.si creditores.ff.de pignie.credi.vbi si ṫ creditores putauerunt a principio heredem suspectum:z passi fuerunt eum in hereditate moriari non possunt ex postfacto agere contra illum tanquam suspectum.

¶Ad idem.l.qui bona.§. de illo.ff.de dam. infect. vbi inquilinus qui conduxit ṫ domum vitiosam minantem ruinaz ita quod secure nō poterat in ea morari z habere res suas:non poterit agere contra dominum vt prestet sibi cautionē damni infecti impunitatem enim sibi:quia a principio nō preuidit. ADDE Hinc est q̄ qui conduxit ṫ molendinum in periculoso tiberi:quod postea fluminis impetu est destructum:tenetur ad pensionem. vt per Bald .in.l.licet questione secunda.C.locati. Item si scienter rem alteri obligatam:illam emit: non potest agere contra venditorem vt illam liberet.argu.ff.de actio.empt. l.j.in fine.z.C.de euictio.l.si fundum.secundum Alberi.in.l.ex predijs.C.eodē.sic limitantem illam legem. LIJO. ¶Ad idem.l.inter causas.§. abesse. ff.mandati.vbi ti fideiussor delegat debitorem qui non erat soluendo.z scienter fuit receptus a creditore liberatus erit fideiussor. ¶Ad idē.c.propter sterilitatem.supra de locato.vbi locator non potest expellere conductorem ṫ ante tempus conductionis nisi propter necessitatem que tempore locationis nō imminebat.a contrario ergo si tempore locationis imminebat illa necessitas:non poterit illum expellere.Sic videbatur dicendum in casu de quo agitur. Ad hoc inducebāt illum text. Anchara. z Joan.de imo.ibi in puncip. ¶Ad idem est bonus text. non solutus allegari ad hoc in capitulo decreuit de hereticis libro sexto.vbi mulier scienter ṫ contrahens matrimonium cū heretico:perdit dotem. ¶Confirmatur predicta per illud quod noranter dixit Bald.in l.fina.in fine.C.de pena iudi.qui male iudicat.vbi dicit quod si ṫ iudex tulit malam sententiā propter metū alicuius tyranni:non excusatur si a principio fuerat hoc posse euenire:quia tunc non debuit illud officium acceptare ad quod poterat non accedere.argu d.l.qui bona.§.defuncto.cum aliis de quibus supra. ¶Ex his dicebat not. Barto.in.l.ait prector. §.si debitorem.ff.de his que in fraud.credi. quod si quis facit contractum cum eo qui a principio erat fugitivus:non potest postea eum propria autoritate capere tanq̄ fugitivum. idem tenet ipse in dicta l.si creditores.z in dicta l.ts a quo.§.fina.in fin. z in l.quesitum.ff.de pignor.z in l.final.C.de ferijs.z in l.finali.C.de sponsa.et multi alij de quibus per Angelum z Jasonē instru. de actio.in puncip.xix.colū. ¶Et hinc est quod licet vxor non teneatur sequi ṫ virum vagabundum.vt dicit gloss.in capitulo primo.de conju.leprosо. si tamen tempore contractus matrimonij esset vagabundus sequi tenetur. q tñ videtur approbare mores suos. vt est gloss.nota.in capitulo vnaquęq.xiij. questio.secunda.z capitulo si quis meretrabili.xxxiij.questio.secunda.z nota.in c.de ilitis.§.de sponsalit.ita dicit Abb.in dicto.c.j. de conjugio leproso.Joan.de imol.in rubrica. ff.so.matrimo.v.colum.qui secus dicit in maiori carcerato vel exulante culpa sua. quod tene menti. ADDE Vide Bartolum in.l.menta. ff. de annuis legatis. Cynum: Albericum: Baldū et altos in.l.puma.C. de vxoribus militum. LIJO. ¶Bene facit ad hoc text.in.l.si arbitro.§.final.ff.qui satisdare cogantur. vbi non ṫ potest de paupertate conuenirique pauperem.vt quitem acceptauit: nisi de nouo pauper-

tas superueniat.per quē text. dicebat tibi Angelus fecisse relatari a carceribus multos debitores capros vt fugitiuos. Nam assessores sequentes impetos aduocatos immediate ostenso eis instrumento debiti z prestito iuramento de suspitione z fuga: consueuerunt concedere:familiam z capi facere talem debitorem.z male faciunt secundum eum. Hā debet eis constare quod tempore contracti debiti ille erat idoneus z soluendo:z sibi calamitas superueniat infignis:aut inopia magna:vt ibi.z hoc causa cognita saltim summarie debet sibi constare.si enim eius conditio non est mutata:imputet sibi quia cuz tali contraxit z eius fidem fuit sequutus vt ibi. et si modica paupertas aut calamitas superuenit:similiter non sufficit secundum eum. Eodem modo si post calamitatem diu tacuit. vt dicta lege si creditores.ff.de pignie.credi. Sit ergo cautus aduocatus actoris in faciendo fidem de debito per testes vel instrumenta:z in narrando quod tempore debiti contracti ille erat idoneus z soluendo z idoneus reputabatur.z quod ad notitiam sui de nouo peruenit quod eidem debitori infignis calamitas aut inopia superuenit z super his duos testes producat et nihilominus delato sibi iuramento:quod habet eū suspectum z fugitiuum:z tunc iudex concedat licentiam capiendi quousq̄ satisfecerit de iudicio sisti. hec Ange.vbi supra.quē refert z sequitur ibi Pau. de castro de quo videas Franciscum de curte in repetio.l.vnice.C.de prohibi.sequestra.penulti.quest. ij. ¶Ad predicta adduci po.est textus cum gloss. et quod ibi tradit Bartolus in.l.si seruos. ff. de pignori.actione.vbi dicitur quod si dominus cepit facere edificium in fundo suo tempore quo erat dives: et propter casum sibi obuenientem factus est pauper ita quod nō posset perficere:creditor cui pignoratus est fundus:perficere nō potest.quia debet intelligi rebus in eodem statu manentibus: vt.l. cum quis.z.l.si cum cornelius. ff.de solutionī. secundum Bartolum:quem sequitur Paul. de castro .in dicta l.si seruos. ¶Ad idem facit.l.si pro ea.C. mandati. vbi ille ṫ dicitur dilapidare:qui incipit postea dilapidare:z ille dicitur dissipare:qui taliter dissipat posea quod fideiussor eius merito potest timere ab se eius.vnde si sua bona valebant decem milia et male expendit mille:certe fideiussor nō propter ea agit secundum Jacobum but.ibi quem refert z sequitur Bal.ibidem. ¶Ex quo infert quod si ante incipit dilapidare:si quidem taliter quod deberet timere: sibi imputet fideiussor vt ibi. z ut ibus prealliega.si autem antea dilapidat:sed non taliter quod adhuc esset timor:tunc continuata dilapidatione:ad suspitionem per similes dat agendi causam. quia suspitio oritur de nouo:vt dicta lege si fideiussor.§.finali ff. qui satisdare cogantur.quod Bald. dicit esse tenēdum menti.de quo mem init Jas.institu.de actio.in puncip.xx col.inferēs ex hoc q̄ si tempore cōtract⁹ debitor ceperat dilapidare:non tamen tantum dilapidauerat:quin adhuc esset idoneus:postea cepit adhuc fortius dilapidare poterit vt suspectus capi:quas tunc de nouo oriatur ista suspitio. secus si a principio taliter esset suspectus. hoc idem videtur sentire Angelus in lege si creditores.ff.de pi-

ui.cred.idem erit si debitor tempore debiti contracti non esset soluendo:et tamen,dolo asserēs se idoneum induxit creditorem suū ad contrahendum secum:quia isto casu poterit capi: etiā dato q̄ conditionem suam postea non deteriorauerit.ar.l.pe. ff. so.ma.ita videtur sentire Bar.in.l.alia.§.eleganter in fi.ff.so.ma.quem sic intelligit et declarat Sbd.de castro in.l.etiam.§.licet.in fine.eodem titulo. et sequitur Jas.vbi.§.et in.l.si arbitro.q.colum.ff.qui satisda.cog.qū bene notabis. ¶Ratio predictoz⁹ potest esse:q̄ posteq̄s aliquis ṫ approbauit mores alterius:non poterit postea reprobare.vt.c.horrendus xxxij.q.v.et.d.l.fina.C.de spon.et.c. quē admodum. §. de iureiur.et.c.nulli j.de accu.cum concor.ibi alle. in glo. ¶Ex quo dicebat Sal.in.l.qñ Alexandrū. in fi.C.de adul.q̄ posteq̄s ṫ maritus peperit vxori sue adulteriū quod cōmisit:non poterit postea ultra accusare de adulterio ejus nouum cōmittat adulteriū: quia per dictam reconciliationem visus est approbare mores illius. de quo est ter.no.quem sic intelligit ibi Arch.in.c.de bñdicto.xxxij q.j.ibi nullum ei dūtaxat simile cōmittenti peculium attaturus. Ad idem facit in.l.si vxor.§.fi.ff.de adul.et gl.fi.in.l.castitati.C.eod.posteq̄s enim venia delicti concessa est pure:non debet intelligi tacita conditio nisi deliquerit:vt.l.in cōmodato.§.licet.ff.cōmo.l. quicquid astringende.ff.de ver.ob. ¶Contrarium tamen sentit glo.iij.in.c.plerūq̄s.§.eodem.et ibi no.prepositi⁹. iij.co.in fi. ¶Pro qua bene facit text. in.d.c.quē admodum.§.de iureiur.et.vn.partī.ti.xvij.l.viij.quod mihi verius videtur. ¶Quia ṫ venia delicti vel securitas precedens delictum respicit nō futurum. vt videtur casus no.in.l.non aliter.§.j.ff.de iudi.vbi dicitur quod licet legatus habeat securitatem de iure gentium.vt.l.fi.ff.de leg.l.sanctum.ff.de reruz diui. et tradit Bart.in.l.j.in prin.ff.ad l.iul.ma. et ramen ṫ si delinquit in legatione: potest puniri: vt.d.l.non aliter.§.j. ¶Ad idem facit in ar.text.in.l.cum lex. ff. de legi.vbi dicitur q̄ cum lex in preteritū indulget in futurum vetat dicit glos.lex prima.imperator qui est lex animata in terris.vt in auf.de consulibus. in fine.colla.iij. ADDE Concordat.l.vna.C. negotiatores ne mi.li.xij et ibi not.Joan.de pla.Ad idē l.eis quidem.C.qui milit.pos.eodem libro. LIJO. ¶Ad idem facit text.et quod ibi no.in.l.quero:§.inter locatorem.ff.loca.et in.l.qui seruum.de ver.obli. et.l.q̄ ergo.paragrapho heres.de le.j.in quibus in ribus in effectu probatur quod ṫ promissio de non offendendo vel similis:non habet locum vbi promissor de nouo offenditur:vel vbi ille cui fit,pmissio potest offendi ex culpa sua:quia de nouo delinquit. Si ergo vxor post veniam adulterij: aliud adulterium ṫ committit:poterit maritus illam accusare de nouo adulterio commisso. ¶Imo quod plus est posset forsan attentari quod etiam potuisset illam accusare de primo adulterio.quoniam venia sibi cōcessa vel securitas seu gratia habet in se hanc tacitam conditionem rebus in eodem statu permanentibus.scilicet quod aliud adulterium non committerat:alioquin gratia facta vel securitas concessa revocata videtur respectu adulterij precedentis pro quo accusare poterat.ar.text.in lege cum quis. et le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge si cum cornelius.ff.de solu.vbi mandatum ꝓ adic 1
cti vel procuratoris simplicis videt reuocari ex pre
sumpta mente mandantis si procurator murat con
ditionem in peius.ergo eodem modo erit dicendū
in casu nostro q̄ venia vxori cōcessa videtur reuoca
ta q̄si vxor iterū fuit adulterata. ¶Ad fere in ter
minis nostris tenet Ludo.in.l.possideri §.si seruus
24 ff.de acqui.po.fi.co.vbi dicit q̄ si t baimitus qui ha
buit securitatē ꝓ delicto antea cōmisso delinquat
post securitatem habitā:propter nouū delictū com
missum videtur reuocata securitas respectu delicti
veteris:pro quo poterat impune offendi vel occidi.
quod est valde notandū ſm Franci.are.vbi.vj.co.in
prin.qui hoc firmat optima ratione:q̄ gratia princi
pis non extenditur ad casum de quo si verisimiliter
cogitasset non esset concessum.vt.l.ex facto.in princ.
ff.de vul.et pupil. ¶Hinc est q̄ in confirmatione
quā facit papa de tyranno:non intelligitur q̄ perse
ueret in moribus tyrannicis propter illum titulum:
quia talis cōmissio pape non includit crimina. vt.ff.
de cond.inde.l.si ꝓcurator.et.ff.de his que in fi au.
cre.l.si pater.tta notanter dicit Bart.in tractatu de
tyrāno.col.vij.ver.decimo quero.in fi.refert et seq̄
tur Felt.in.c.j.§.vt lite non contest.co.x.ver.per istā
regulā.vbi aliqua similia cumulat q̄ videas. ¶Fa
cit tex.in.c.suggestū.et in.c.nuper.§.de deci.qui ēn
de nouo delinquit quodāmodo abutitur beneficio
principis:et est odiosior.vnde non presumitur quod
si princeps hoc cōsiderasset fecisset et gratiā. ¶Fa
cit optime q̄ singulariter tradit Bald. in.l.iij.C.de
25 epi.audi.vbi dicit quod † gratia principis censetur
subreptitia si ille cui conceditur ꝓ maleficio com
misso tacuit q̄ prius iterū deliquerat:q̄ non presu
mitur q̄ princeps si scivisset fuisset gratiā cōcessur⁹.
et hoc q̄n princeps securitatē concessisset ex mera
gratia:secus si ex causa iusta.nā tunc non revocare
tur propter novū delictū :q̄ respectu cause propter
quā fuit cōcessa:res dicitur eodem modo se habere
ex quo adhuc subest eadē causa que fuit causa fina
lis concedendi securitatem l.iij.§.fi.et quod ibi no.
Bar.ff.de dona.et.l.sexū.cum ibi no.ff.de postu.q̄.l
enim si securitas fuit concessa bānito vt possit se de
26 fendere:certe ex novo delicto non potest videri re
uocata:quia auferret † defensio bānito:quā etiā prin
ceps non potest auferre.vt plene tradit Bar.in.l.cū
mulier.ff.so.ma.Bal.in.d.l.q̄n Alex.C.de adul.vbi
omnino est videndum ſm Franci.vbi.§.

1 ☞ Indulgētie que emanant a sede apostolica ꝓ 2
remissione petōr intelligunt de pctis cōmissis.
2 Pluries ludens an pluries incidat in penā statuti.
3 Delinquens sub spe venie non excusatur propter ca
sum superuenientem.
4 Cessionis beneficio gaudere non debet qui sub spe
credendi bona debita contrahit nec ille qui in frau
dem creditorum bona dissipauit.
5 Per baptismū nō consequitur quis remissionē pec
catorū q̄ sub spe ante baptismū cōmisit.
6 Immunitate gaudere non debet qui deliquit in ec
clesia sub spe immunitatis.

5 10 **Ex quibus forsan pōt inferri**

de eo tempore & loco quo cōceditur indulgentia: et
aliud de tēpore quo itur vel disponitur ad indulgē
tiā.nā de tempore quo cōsecuturus est indulgētiā:
vtiq̄ opz q̄ sit cōtritus:& p cōsequēs q̄ sit sine mor
tali:alias nō ꝓdesset.Itē cū est in articulo mortis q̄s
sit et talis absolutio vel cōcessio:seu eo tpe quo visi
tat ecclesiam vbi data est indulgentia.Sed tempo
re quo pergit ad vrbem vbi sunt ecclesie:vel tēpore
quo dat elemosynas vel facit testimonium per annū ſm
formā indulgentiarū in articulo mortis:nō videtur
necessarium q̄ illa faciat extra mortale: ꝙus vtiq̄
tutius & melꝰ foret etiam tunc esse sine mortali ſm
ipsum.pro quo adde Francis.de mayronis idem te
nentem in.iij.distinct.xx.& astensem in sua summa.
lib.v.tit.xxxix.ſm Feli.in sermone.Hodie mecū eris
in paradiso.col.ij.versi.vltertius scias.& tene menti.
¶Intelligе predicta nisi forsan qui habet indulgē
tiam vel illam sperat habere sub spe illius indulgē
tie peccaret.nam tunc nō posset vigore illius indul
gentie absolui ab illis peccatis taliter cōmissis. mo 1
ueor ad hoc per text.sing.in.l.j.§. hec autem actio.
ff.si quis testa.li.tus.esse fue.ibi sed natura equū est
non esse impunitū eum qui hac spe audacior factus
est.quod est not.ſm Bar.ibi. Contra prefectum vr
bis rome qui coronat imperatorem: nā de cōsuetu
dine imperator tunc satisfacit omnibus creditoribꝰ 3
suis & eum a debitis liberat & ipse prefectus quādo
sentit aduentū principis:audacior factus contrahit
multa debita propter spē liberationis fiende a prin
cipe:vt ab istis debitis nō debeat liberari. ¶Itez 4
facit ille text.contra eos qui sentiunt pacē promul
gandā de proximo.& propter hoc festinant ad de
linquendum propter spem immunitatis ſm Bart. 5
vbi supra.quem refert & sequitur ibi Ange. bene fa
cit text.in.l.fluminum.§.item apud.& §.seruus.ff.de
dam.infe.& in.l.is quoq̄.ff.de act.& obli.& in.l. in re 6
bus.§.quod autem.ff.commo.vbi probatur q̄ quā 7
do quis † deliquit sub spe venie q: tunc videtur cul 8
pa casum precedere:nō excusatur delinquens pro 9
pter casum superuenientem.ita tenet Dy. in regula
peccatū in fi.de reg.iur.de quo memnit Ange.in.l. 10
is cui bonus.ff.qui bo.ced.po.dicens per hoc quod
non gaudet beneficio † cessionis qui sub spe cedēn 4
di bonis debita contrahit: nec ille qui in fraudem
creditorum bona dissipauit.vt.l.final.in fi ff.de his
que in frau.credi.& non est alibi: ſm eum quem retu
lit Feli.in.c.fina.vlti.col.§.de testi.vbi cumulat alia
similia que videas per te. ADDI Ad idem facit
l.cum ita legatum.§.j.de lega.ij & l.nomen debito
ris.de legat.iij.& vide Barto.in.l.contra.ff.de legi. 5
ad idem bonus text.in.c.quando quis.de cōse.di. 11
iij.vbi † per baptismum non consequitur quis remis
sionem peccatorum que sub spe ante baptismū con
misit.Ad idem.c.fin.de immu.eccle.vbi qui † delin
quit in ecclesia sub spe immunitatis ratione ecclesie:
non gaudet immunitate. dixi in ru.de peni.& remis.
col.cccclviij.vbi etiā tetigi de illo qui sub spe venie
delinquit post Abba.in.c.illud.de cleri. excom.mi.
DNS. ¶Eodem modo videtur dicendum in ca 1
su nostro quod ex quo vxor scienter contraxit matri
monium cum paupere a principio: cum ex hoc vi
deatur approbare mores illius: non poterit postea
illos reprobare & sic ab eo petere dotem ꝙus ad
inopiam vergat.Ex quo dicebat no.Paul.de cast.
consil.ccccxcij.incipit viso libello.in. iij.colum.quod
si bona mariti sunt in loco periculoso:vt puta in ma
ri.presumitur quod efficiatur non soluendo. vt sentit
gloss.ij. que incipit dixit quando.circa medium.ibi.
sed quomodo &c.& clarius Barto.in.d.l.ij.ff. sol.ma
tri.de quo.j.§.xvij.versi.hinc est etiam .illud debet
intelligi quando post contractum matrimonium in
cepit mercari per mare aut si prius hoc ignorabat
vxor.Secus si ante matrimonium contractū sic fa
ciebat ea scientе:quod presumitur ex quo cum ea cō
trahebat.vt.ff.de regu.iur.l.cum alto. cum ibi nota.
vnde sciebat vl scire poterat hoc eventre posse: & sic
et non prouidetur remedio huius decretalis & pre
dictorum iurium per ea que dicta sunt. Et sic in effe
ctu videtur do.Pau.approbare hunc intellectū do
mini Anto.& aliorum:de quibus.s.

☞ Reus viri sunt obligate pro dote nec potest mu 1
lier pasci in contrarium.
Maritus si dedit fideiussorem vxori pro dote cōser 2
uanda & restituenda in casu restitutionis dotis ni
hilominus bona mariti etiam restitutioni subiecta
remanent obligata pro dote.
Si litigauit coram eo quem non potero mea volun 3
tate iudicem facere possum de nullitate experiri: ex
a principio non excepierim.
Communicans cum excōicato ab eo conuent⁹ po 4
test contra cum excipere de excōicatione.
Testes contra se produci permittens nihil protestā 5
do vel excipiendo an intelligatur consentire.
Transactio super beneficio ecclesiastico sine cōsen 6
su superioris nullius est momenti.
Testamentum inofficiosum approbare videtur qs 7
per receptionem legati.
Legatus non potest committere causam cum clau 8
sula appellatione remota etiam de consensu partiū.
Consensus priuatorum non potest facere iudicē cū 9
qui nulli iurisdictioni preest.
Rescriptum impetratuz ab excōicato super alio ēs 10
excommunicationis vel appellationis articulo est
ipso iure nullum etiam si de consensu partium fue
rit impetratum.
Emologare siue approbare arbitrium nullum non 11
possunt partes quando vitium nullitatis non depē
det a consensu partium.
Mulier super dote non habet liberam facultatem. 12

Sed q̄uis iste intellectus per

tantos iuris patres confirmatus existat:mihi tamē
videtur de iure sustineri non posse: imo quod licet
mulier a principio scienter contraxerit matrimo
nium cum paupere,nihilominus possit exigere do
tem a viro.& hoc ratione inēuincibili meo iudicio
mulier non potest aliquid facere per quod deterior
fiat conditio dotis,vt lege de die cum tribus sequē
tibus.ff.de pac.do. Et inde est quod cuz mulier dat
dotē:non potest pasci quod † res viri nō sint obli
gate pro dote:vt tradidit Baldus in.l.etiam.C.ad
Velleianum,& sequitur Alexand.in.l.vbi ita dona

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur.ff.de dona.causa mor.in apostil.ergo multo fortius non poterit dotē preiudicare per tacitum pactum:quod videtur resultare ex eo quod dotem dedit vel promisit marito pauperi. Ad quod bene facit quod voluit Ludo.ro.in singu.cclij.incipiē.Ego habui casum vbi dicit quod etiam si maritus dederit †fideiussorem vxori pro dote conseruanda et restituenda in casu restitutionis dotis: nihilominus bona mariti etiam restitutioni subiecta remanent obligata pro dote: z ita per dationem fideiussoris nō tollitur beneficium anten.res que. C. communia de lega.quia facto multerio recipientis fideiussorē non potuit fieri deterior conditio in dote vt in predictis iuribus. Hoc idem tenuit Paulus de castro consilio.xlij.incipien.quia supascriptum. in fin.z latius per eundem consi.cxxx.incip.circa ea que superius penul.colum.versicul. his non obstantibus.de quo dixi.ē.in rub.in princip.colum.xlvij. versicu.ex hoc secundo. Facit etiam quod consuluit idē Paul. consilio.cxxxj.z.ccxxxv.incipien. licet ista domina. in secunda columna.versicul.sed videndum est. vbi concludit quod si pater vel frater qui tenebatur filiam vel sororem dotare: aliquid ei legauit nomine dotis prohibens ne possit plus petere. cuius illa acceptasset legatum. non propterea perdidit ius petendi se dotari seu supplementum dotis etiam si ipsa daret patri vel fratri vel eox heredibus gñalē quietationem. vt ibi singulariter per eum quod teneas semper corde. quia quotidianum et vtile.

ADDI An autem valeat pactum reciprocū inter filias cum marito num consensu super dote tetigi.ē. in rubri. §.v.post principium.versi.ex quibus omnibus. TIO. Item si tenemus hunc intellectum prestaretur impedimentum nuptijs. nam pauper nūq̄ inueniret vxorem cum dote:eo quod mulieres viderent se auxilio dictarum legum destituras. vnde contraria sententia est tenenda veluti nuptijs fauorabilis.vt.l.hoc modo.ff.de condit.z demonstra.et l.adigere.§.si patronus.ff.de iure patro. Bartol.in dicta l.si constante.ff.solu.matri.v.colum.versic.vj. quero per istum text.z in dicta.l.si is a quo §. finali. vt in posse.leg.z in dicta.l.qui bona.§. de illo.ff. de dam.infect. Bald.in auten. quod locum.vij. quest. C.de colla.tenuerunt Ancha.z Imo.in dicto.c.propter sterilitatem.in princip.ē.de locato.z do.Abb. in presenti.in finalibus verbis.z Joā.campensis in suo tractatu de dote.iij.parte.q.xxv.z Bald.nouellus in tractatu de dote.vij.parte.in.xvj. priuilegio. ipse tamē relinquit cogitandum. quia secundū hoc vxor propter vergentiam ad inopiaz viri posset ab eo petere fideiussores de dote conseruanda z restituenda: cuius a principio vir esset inops z non soluendo:z esset secundū eum magna restricto ad totum titulum.C.ne fideiusso.do.den. Maxime cum etiam tunc non cesset ratio perfidie super qua se fundat illa prohibitio z que mouit legislatorem ad prohibendum fideiussores dari pro dote conseruanda vel restituenda. vnde fatetur ipse quod bene poterit petere dotem propter vergentiam mariti ad inopiam per iura deducta in ratione dubitandi: nō tamen poterit petere fideiussores sibi prestari ꝓ eū ibi.z latius in sexta parte.xxj.priuilegio.in.xv.limitatione.z dixi.ē.in isto intellectu in princip. Unde in effectu ipse tenet opinio.Bald.in.d.auten. quod locū. Que vltra ipsum cōfirmari poterit optimatione. Certū est eñ q̄ vbi cōfirmatio seu habilitatio nō depēdet a volūtate approbātis seu habilitantis nō obstante cōmunione seu tacita approbatiōe potest penitere z contra illud instare saltem per viā exceptionis. ista est no.theouca do. Abb.in.c.ij.de exceptio.in q̄.colum.est bonus text.ad hoc in.c.dilecto.de preben.z in.c.nosti.de elect. Et facit quod not.Joan.and.in regula scienti.de regu.iur.lib.vi. in mercurialibus.z glo.in.l.j.C.vbi de crt. agi oport. que dicit:q̄ si †litigant coram eo quem mea voluntate non poterā iudicem facere:possum de nullitate experiri:licet a principio non exceperim. Et ista est ratio propter quā cōmunicans †excommunicato ab eo cōuentus potest contra eū excipere de excommunicatione:q̄ cōicando cū excōicato non pōt eum habilitare ad iudicia:q̄ non dependet a voluntate cōmunicantis.vnde merito pōt contra eū excipere de excōicatione. Hinc est q̄ licet permittens cōtra se produci testes nihil protestando vel excipiē do:intelligitur cōsentire:in his que per eius cōsensum tolli possunt vt in exceptione inimicitie vel domesticitatis. secus in his que non sunt introducta fauore tacentis sed odio ipsius testis vt in exceptione excōicationis vel banni. Ita no.dicit Bald.in.l. si quis testibus.ff.col.ver. dubitatur hic. C.de testi. refert z sequitur Feli.in.c.cum oporteat. de accusa. iij.col.versi.modo aduerte. Ad idem facit text. not.in.c.constitutus.de.transac.vbi † transactio super beneficio ecclesiastico sine superioris consensu nullius est momenti.z propterea nō officit pascisceti nec liti finem imponit:nec per mutuum cōsensum recipit firmitatem z hunc nullitati renuntiari nō potest:quia est multis partibus introducta. ff. de ritu nuptia l.adiuuo.z ibi not. secundum Baldum vbi ē. Ad idem facit pulcher text. in ratione sui in l. post legatum.in princip.ff.de his quib.vt indi.z ibi not Barro quem rogo videas vbi per receptionem †legati videtur quis approbare testamentum inofficiosum:quia hoc dependet a sua facultate vel potestate recedere a querela.nō tamen videtur approbare testamentum falsum: q̄ hoc nō potest etiā expresse vt ibi dicitur. Ad idem facit in simili quō volunt rota.tit.de iudicijs.vj.in antiquioribus. vbi dixit q̄ †legatus non potest cōmittere causam cum clausula appe.remo. etiam de consensu partium. propter glos.in.c.fina.de hereti.lib.vj.quod dictum refert z sequitur Feli.in.c.primo ij. colum de rescript. quia hoc non dependet a facultate vel potestate partium sed solius principis.vt traditur in plurib⁹ locis.de quibus ibi per eundem.prima colum. Ad idē facit tex.i.l.pr uatorū ꝓsensus. C. de iur.om.iu. vbi dicitur quod †priuatorum consensus eum iudicem facere non potest qui nulli iurisditioni presst. quia non dependet ab eorum potestate. Ad idez facit not.dictum Joan.andre.in additio.ad Spec. ti.de rescripti presentatione.§.ratione autem impetrantis.penult.colum. z refert z sequitur Anto. in.c. ceterum.fi.co.ē.de rescrip.z Feli. in.c.fi.ij.col.ē. de excep.vbi dixit q̄ rescriptum †impetratū ab excōis

cato super alio cū excōmunicationis vel appellationis articulo est ipso iure nullum etiam si de consensu partium fuerit impetratum.et est magna extensio ad dictum.c.j.quod ideo est:quia ista approbatio excōmunicati non dependet a facultate vel volūtate partiū vt in expresso dixit not. Abb. in.c. exceptionem.in fi.ē.de excep.licet ipse non dicat. idem tenuit ibi Cardi. ꝑm quod refert et sequitur ibi Feli. in fi.dicens post eos q̄ adeo excōicatus non potest vt actor esse in iudicio.vt.c.intellexim⁹.ē.de iudi. et.c.cum inter.ē.de excep.cum concor.quod nō pōt reus velle q̄ i iudicio admittatur:q̄ non dependet ab eius voluntate. Ad idem facit quod not. voluit Abb in.c.examinata.ē de confir.vti. vel inuti.

11 vbi dicit quod licet †partes non possunt approbare vel emologare arbitrium nullū vt ibi.vt tenet Bal. in.c.j.§.sententie quoq̄ in princ.de pace constan.li. feu.hoc verū q̄si virū nullitatis non dependet a cōsensu partium:sed vbi continet merū fauorem earū approbando scienter tenentur ad obseruantiā laudi.per.l.ij.C.cōmunia vtriusq̄ iudi.de quo dicto facit festum marianus consi.lxij.incipiente monasterium.vbi refert Feli.in.c.cum dilecta.de reseri.rxiij. col.ver.amplia octauo.et in.c.significasti.de fo.cōpe.tij.col.ver.secundo declara.vbi pulchre apostillat.d.l.ij.videas per te. ADDI Ad idem facit quod in simili vult glos.et Abb.in.c.cum olim j.de offi.et in.c.fi.§.j ij.no.eo dem titu.et Anto. de Burgis in.c.cum dilecti.de emp.et vē.col.ix.z.x.TIO.

Sic ergo videtur dicēdum in casu nostro quod

12 cum mulier super dote †non habeat liberam facultatem:quia expedit reipublice dotem mulierib⁹ cōseruari.vt.d.l.j ff.so.ma.nec potest illā alienare nec alienationi consentire.vt .c.cum contingat.ē.de iureiur.et in fi.qui.alie.li.in prin.nec potest facere pactum per quod fiat deterior conditio dotis. vt lege artificium.ff.de pac do.vbi Bar.admiratus est de illa.l.de quo late et sing.per Jo.de imo.et Alexā.in lege si socer.§.lucius.ff.so.ma.Ergo per cōsequens tacitus consensus mulieris resultans ex illa tacita approbatione in preiudicium dotis:quia cuz inope scienter a principio contraxit:non habet sibi nocere quo minus penitear z dotem suam repetat vel retineat si nondum tradiderit.

1 l

1 Dos restitui dz mulieri soluto matrimonio vel eo constante si vir ad inopiam vergat.

2 Pactum per quod condit.o dotis fit deterior an et quando valeat.

12 Ex his confunditur intelle

ctus domini Antonij z aliorum ad istum ter. z etiā resultat solutio ad fundamenta in cōtrarium adducta. Et primo ad illud quod dicebatur quod istud pactum tacitum quod resultat ex contractu matrimonij cum paupere reuertitur ad naturam dotis; cum de natura dotis sit q̄ debeat mulieribus conseruari.vt.d.l.j.ff.solu.matri.z q̄ †dos soluatur soluto matrimonio vel eo constante si vir ad inopiā vergat.vt dicta.l.si constante. z dicta.l. vbi adhuc. ita dicit Joan.de imo in dicta.l.si constante.vj.colum. Ad textum in dicta.l.z heredi.§.filia.ff. de pact. respondeti potest vt ibi respondet Bald. videlicet quod ibi datus erat alius expromissor idoneus aduersus quem mulier regressum habere poterat. ita quod mulieri erat omnino consultum. Vel aliter potest dici ꝑm Imol.in dicta.l.si socer. §. lucius. quod dicit. §. loquitur in casibus in quibus mulieri permittitur sibi in dote preiudicare. de quibus ibi per eum. Ad omnia alia preterq̄ ad.c. decreuit. dici potest quod non obstant ex eo quod loquuntur in casibus in quibus approbans habet liberam facultatem super illud quod approbat: nos autem loquimur in dote in qua vxor non habet liberam facultatem vt superius dictum est. Ad.c. decreuit. stat clara responsio quoniam ille tex. inducit casum specialem in fauorem fidei secundum Alexan. in dicta l.si cōstante.ix.colum.z ratio specialitatis potest esse quia ibi mulier approbauit mores ab ecclesia reprobatos, vnde merito ex hac causa perdidit dotē. Sed in casu nostro approbauit mores reprobatos a lege.z ideo permittitur vxori quod non obstante approbatione possit penitere et cōtra factum suum venire. Presertim quia si bene ponderētur verba huius decretalis ex nulla sui parte potest colligi q̄ iste h. erat pauper a principio. imo potius contrarium potest colligi: ibi dum dicit quoniam idem h. ad inopiam vergere videbatur. ergo nondum erat inops nec pauper. cuius ipse, pauper appellaretur. priuatio enim presupponit habitum. vt.l.decem.ff. de verb.obl.z.c.ad dissoluendū.ē.de despon.impu. cum similibus. potuit enim esse quod illud verbum pauper:esset cognomen. sicut alius quem ego noui appellabat gundissalus dives: cuius in veritate pauper esset. vel forte ipse in sua petitione quam obtulit Ro.pon. dixit se pauperem cum non esset vt citius sibi prouideretur. Vel potest dici quod licet nunc cum petebat dotem sibi assignari fuisset pauper non tamen erat pauper a principio quando matrimonium contraxit. et hoc videtur velle ista littera cum dicit quod consules pronūciauerunt. vt quoniam idem h. ad inopiam vergere videbatur z. Ergo nondum erat inops seu pauper:sed tunc incipiebat ad paupertatem venire: et ita non erat pauper a principio quando matrimonium contraxit. In eo autem quod Bartolus in dicta lege si constante. v. colum. ver. sexto quero. dicebat hic forte casum quod licet vxor a principio scienter contrahat matrimonium cum paupere: nihilominus potest dotez repetere: (salua eius pace hoc non probat) sed solum prouidet mulieri que nondū tradidit dotē non tamen prouidet mulieri que iam dotem tradidisset vt.ē. late dictum est. Unde non meretur iste textus ad hoc allegari. Aduertas circa ꝑdicta quia (cuius regulariter non valeat † pactum per quod conditio dotis fit deterior: vt.ē. dictum est.) Decem tamen reperiuntur casus in quibus valet: quos cumulat Baldus nouellus in dicto tractatu de dote. vij. parte. xj. priuilegio. quos videas per te quia late et singulariter loquitur. Adde alium casum secundum aliquos quando esset pactum reciprocum: vt pura si filie dotate inter se cum maritorum consensu pascisceretur quod altera earum sine liberis decedente eius dos vel ipsius pars ad aliam deuen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret vel ad eius filios per textum in.l.si pater puelle, C.de inoffi.testamen de quo latius dicetur.j.columna.cxcix versicu.ad cuius confirmationem.quod tamen ad presens non firmo:sed cogitandum relinquo quia lis est sub iudice. ¶An autem per istud pactuz factum per quod dotis conditio sit deterior valeat in preiudicium viri aut patris vel heredis ipsius mulieris vel aliarum personarum videas singulariter eundem in.rij.parte.q.xj.z per hoc sit expeditus iste quintus intellectus.

1 ☞ Fructus sequestrari debent appellatione pendente si timetur de dilapidatione.

§ 13 **Alij sentiunt aliuꝫ sextum** intellectum ad hanc decretalem dicentes quod verum est quod dos propter inopiam viri debuisset remanere penes vxorem.sed hic non fuit sibi assignata:nec penes ipsam remansit quia erat suspecta de minus idonea administratione z de dilapidatione: z ob hoc fuit deposita apud mercatorem:bene facit ad hoc in simili ter.in.l.imperatores.§.fi.ff.de app. 2 z in.l.ab executione.C.quorum appellationes nō reci.vbi dicitur quod si timetur de dilapidatione fructuum pendente † appellatione sequestrabuntur. ¶Et hunc intellectum ad istum textum tradit Jno.in presenti.z idem sentit bar.in.d.l.si cōstante.ij. col.ver quarto opp.dicens q vbi mulier est furiosa vel talis conditionis quod dissiparet dotem, tunc nō debet dos ei restitui:sed debet sequestrari apud tertium vt sic viro z vxori consulatur. z sic intelligit ipse textus in.d.l.si cum dotem.z iste intellectus placet domino abb.in presenti qui dicit sic debere intelligi hanc decretalem. ¶Sed re vera si intelligamus hunc textū. in dote iam tradita marito que nunc repetitur ab vxore propter inopiam viri nihil noui nobis adduceret: cum iam esset dispositum per dictā.l.si cum dotem.que disponit de muliere furiosa z sic de ea que est de dilapidatione suspecta.si autem hoc intelligamus in dote nondum tradita z in vxore excipiente:ad hucisse intellectus non placet cum in nulla parte istius textus probetur quod ista mulier esset suspecta.dicere ergo illam suspectam est diuinare. Intellectus autem diuinatorius non est tenendus.vt voluit gloss.quam ibi not. abb.in capitulo peruenit.s̄.qui filij sint legi.in prima glossa post principium.z tenet Bald.in.l.j.C. de dotis promiss.z facit textus in.c.vnico.vt ecclesia.bene.

1 ☞ Doctor vbi refert plures opiniones vel intellectus:nec apparet quam elegerit videtur in dubio vltimam approbare.

2 Dos debet esse penes maritum.

§ 14 **Et ob hoc forte innocen. vide** 3 4 tur recedere ab isto intellectu dicens quod verū est quod penes ipsam vxorem remanere debet dos:vt 5 probant iura deducta in ratione dubitandi.sed satis habebat vxor ex quo pro ea mercator habebat. ¶Et iste intellectus tanq̄ vltimus videtur intellectus Jnn quoniam hoc regulare est quod quando 1 glo.vel † doctor refert plures opiniones vel intelle- 6 ctus nec apparet quem eligit.in dubio videtur vltimum approbare:vt est gloss.vulgata in.l.qui filium §.sabinus in glo.que incipit si paulo.versic.respondeo.ff.ad trebellia.quam ad hoc commendat bal. in auten.ex testamento ij.columna.C.de colla.z in c.j.post principiū in tit.an apud iudicem vel po.lit. feu.tenet idem Bal.in.l.si mater.C.ne de fis.defuncto.per illum ter.tenet etiam Jo.and.in.c.j.de peniten.lib.vj.z in.c.j.de sentēn.ercō.co.libr. ADDJ Et plures alij quos refert Jaf.in.l.si idem cum eodem in fi.ff.de iurisdi.om.iu.dicem.j.ij.not.§.sed est pulchra dubitatio. in punct.ver.alij tamen. TJO. ¶Et hoc maxime verū est in dictis Jnn.vt expresse voluit Bal.in.d.aut.ex testamēto.z collectarius in.c.fotus.infra de ver.sig.Et ita iste intellectus vltimo relatus per Jnn.dicetur suus qui eodem modo placuit domino abbati ¶Sed mihi iste intellectus non placet quoniam ex isto text.non potest colligi quod iste mercator penes quem deposita est dos in terminis huius decretalis debeat illam tenere nomine vxoris imo potius videtur q illam teneat nomine mariti.quia alias de iure est quod dos debet esse penes maritum et istud est de natura dotis.vt.d.l.ij ff.so.mat.z.l.pro oneribus.C.de iure do. Unde ex quo propter suaz inopiam non potest penes se retinere:retinebit penes alium qui suo nomine eam teneat cum sit subrogatus loco mariti:ergo debet sapere eius naturā.vt.capitulo sane, §.de off.dele.z.c.ecclesia sancte marie.el primo.§. vt lite penden.cum similibus. Consignatio enim vel sequestratio que hoc casu fit apud mercatorez: non dicitur restitutio facta vxori. Imo differt a restitione.vt no.Bar.in.l.si quis sic stipuletur.ff.so.mat. z in.d.l.si constante.in.ij.q.principali.q.v.ergo per consequens magis dicetur possidere maritus quā vxor. Hoc euidentius apparet ex eo quod voluit Host.in presenti prope fi.in ver.dictus vir.z sequuntur Jo.and.anto.z alij dum dicunt q̄ hoc lucrum debet reddi marito vt ex eo se vxorem z famulam alat.z sic in effectu maritus percipit fructus dotis, z per consequens dotē possidet mediante persona mercatoris:q̄ perceptio fructuum depēdet a possessione vt.l.bonefidei.ff.de acq.re.domi.z.l.ij.ff.de vsuf.no.Jnn.in.c.dilectus de relig.do.abb.in.c.trāsmissam.ij.col.s̄.de elec.Et ita iste intellectus non videtur bonus. Et per ista euacuati sunt oēs intellectus vsq̄ in hodiernum diem dati ad nostram decretalem per antiquam z modernam iuris prudentiam.

1 ☞ Verba dispositionis alternatiue quando referuntur ad iudicem:iudicis est electio.

2 Finis iuris canonici est euitare peccatum z lucrifacere animas deo.

3 Possessor malefidei nullo tpe prescribit.

4 Remedia plura quando dant actori alternatiue electio est actoris.

5 Sententia lata pro marito petente dotem promissam mandabitur executioni licet ab ea sit appellatum quando maritus esset ita inops quod esset ei impossibile vel saltem difficile onera matrimonij supportare.

6 Causa dotis est summaria z in ea dilationes et terminum debent abbreuiari.

§ 15 **Restat nūc videre quomodo** debeat intelligi iste text.z salua decisiōe melius sentientis ego eum intelligerem prout littera tacet. vt dicam.is quod si maritus vergens ad inopiam qui vxorem a se expulit propter dotem non solutam petat dotem vxoris:assignanda est ei sub ea cautione quam prestare potest.vel si iudici visum fuerit: deponetur ap id mercatorem ad partem honesti lucri ad onera matrimonij sustinenda. Et ita intelligo z summo istam decretalem. z est nouus z singularis intellectus hactenus non cogitatus. ¶Quo addito ad summarium abb in quibus consistit veritas huius decretalis. Primum inquantum dixit qui vxorem a se expulit propter dotem non solutam. Hoc dixi pro tanto: quia ad hoc vt habeat locum decisio huius decretalis:oportet quod maritus vergens ad inopiam qui petit dotem vxoris expulerit a se vxorem propter ea quia dos non solebatur ei. z hoc clare colligitur ex isto ter.in eo q̄ dicit quod iste magister.R. opposuit exceptionem contra.h.petentem dotem quod vxorem suam a se expulerat. Patet hoc etiā ex sententia iudicū delegatorum qui preceperunt eidem.h.vt de dote soluenda caueret z vxorem suam reciperet. Hoc idem latius patet in decisione Rom.ponti. dum in fine dicit. Ne occasione dotis detente vxor a viro dimissa seu vir qui dimisit vxorem:adulterij reatū incurrat. Et ita clarissime constat q̄ iste ter.loquit in marito qui vxorem a se expulit propter dotem nō solutam. Unde si petat dotem sibi assignari:assignāda est ei sub ea cautione quam prestare potest. Et hoc ideo 2 fit vt euitetur peccatum adulterij q̄ isti coniuges sic separati incurrere possint. ADDJ Q̄ est gratissimum delictum vt dixi s̄.in rubric.§.lxxviij.ver. vxoris. TJO. Si autem maritus vergens ad inopiam petat dotem vxoris:non tamen vxorem a se expulerat: tunc non haberet locum decisio istius de 3 cretalis quia cessat periculum adulterij ex quo maritus secum retinet vxorem sed tunc remaneret dos penes vxorem per iura predicta de quibus in ratione dubitandi.z per hoc videt mihi q̄ non bene dixerit bal.nouellus in dicto suo tractatu de dote.vij. parte.xxxij.priuilegio.fi.colū.dum dicit quod licet iste ter.loquatur in dote promissa:nondum tradita tamen idem videtur dicendum in dote iam soluta vt ibi per eum. ¶Addidi secundo ad summarium 4 dominī abba.vel si iudici visum fuerit ꝛc. hoc ideo dixi quia optio vel electio istius alternatiue vel saltim committit apud mercatorez ꝛc.datur iudici: vt voluit hic Abb. prope finem.z Jo.de imo.in.d.l. si cōstare.vij.co.ff.so.ma. Et re vera ponderatis verbis huius decretalis hoc fuit de mente ro.pon.qui loquendo iudicibus delegatis qui prius de ista cā cognouerunt:dixit:mandamus quatenus dotez ei assignari faciatis ꝛc quando autem † verba dispositionis alternatiue referuntur ad iudicem:iudicis est electio.vt est doctrina vulgatissima Barto. in.l.ij. ff.de effracto.z tenet Bald.in lege quicunq̄.C. de seruis fugi.Abb in capitulo inter ceteras de,resci. et in capitulo a crapula.s̄.de vita z hone. cler.et in capitulo sicut.j. de iudeis. ¶Et per hoc videtur quod non bene dixerit Cardinalis in suo summario et in.vij. opinione: quod equum est quod dos assignetur viro sub ea cautione qua prestare potest. Vel si mulier contradicit: deponetur apud mercatorem.et sic volebat ipse quod istius alternatiue daretur optio mulieri.quod etiam voluit dicta lex regni.quarta parti.titulo.xj.l.xxix.sed quod dixi videtur verius. Considerabit ergo iudex qualitatem personarum et circunstantias negotij: quibus consideratis faciet assignari marito dotem sub ea cautione quam prestare potest. Et si viderit per talem cautionem non esse sufficienter cautum consumptioni dotis: faciet illam deponi apud mercatorem ad partem honesti lucri ad onera matrimonij sustinenda. ¶Ratio huius decisionis fuit quia satis poterat ei modicum credi dotis cui creditum est corpus vxoris.vt dicit hic textus et in lege hac lege.C.de pactis conuentis super dote.vnde fuit sumpta ista ratio. Nā dicit ibi textus bonum est vxorē que se viro committit pati etiam res suas viri arbitrio gubernari a quibus sumpta fuit dicta lex regni:quidem dicit. ¶Ista tamen ratio fuit impulsiua non finalis.quia vt dixi s̄ non est tantum periculum circa consumptionem corporis vxoris: sicut consumptionis dotis. Et ob hoc forte Romanus pontifex assignauit aliam rationem magis concludentem scilicet ne occasione dotis detente vxor a viro dimissa seu vir qui dimisit vxorem adulterij reatum incurreret. Et sic intentionis Romanus pontifex fuit violare aliquo modo regulas iuris vt euitetur peccatum:quod ex denegatione dotis poterat prouenire. Et hoc ideo qa † finis iuris canonici est euitare peccatū z lucrifaccre animas deo. vt voluit gl.z ibi no.in.c.cū cōtingat.s̄.de iureiu. z in regula possessor de reg.iur.lib.vj. Sicut in simili videmus in prescriptione immemoriali que fm iura ciuilia procedebat etiā cum mala fide.sed ius canonicū considerans q̄ istud nō poterat fieri sine pctō: statuit q̄ † possessor male fidei nullo tempore prescribat.vt.c.vigilāti.s̄.de prescrip.z dicta regula possessor. Et sic ista decretalis decidit casum alibi non decisum. z inducit nouum remedium vt dicebat Jo.de imo.in dicta.l.si constante.vij.co.ff.so.mat.z ibi Alexan.xiij.colum.versicu.nec obstat text.qui dicit quod per remedium huius decretalis non excluditur mulier a remedio predictarum legum quia vbi † actori dantur plura remedia alternatiue vel simpliciter:electio est actoris.vt.l.quod in heredez. §.eligere.ff.de tributo.z nota.pulchre Bartolus in lege cum proponas.C.de transactio. Alia enim iura de quibus in ratione dubitandi loquunt quando vxor tradidit dotem marito:quam postea repetit ab eod.quia vergit ad inopiam: z tunc dos assignatur vxori. Nostra autem decretalis disponit quando maritus vergens ad inopiam qui vxorem a se expulit propter dotem non solutam.z,decidit quod tunc dos debet ei assignari sub cautione quam prestare potest.vel si iudici visum fuerit ꝛc.vnde illa iura non tangunt casum decretalis nostre. ¶Et mirandū est:quomodo tanti patres scribentes z insistentes super intellectu huius decretalis: nunquam ad hoc animaduerterunt turbantes z confundantes lege fundentes

☞

17 † mundi ꝛ preerat non solum in temporalibus sed etiā spiritualibus vt dicit Odofr. in. l. qui cōtra. C. de incestis nupt. in verbo signore. circa istū articulū refert ꝛ sequit Ang. cōsi. xxix. in prin. ꝛ tunc tps prohibuit imperator matrimoniū cōtrahi inter tutorē ꝛ pupillā: vt. l. j. C. de interdi. matri. ꝛ inter liberū ꝛ ancillā: vt. l. cum ancillis. C. de incest. nup. ꝛ inter rectorē ꝓincie ꝛ ꝓincialē: vt. l. vnica. C. si quacūq; predi. ptāte. ꝛ inter plures alias personas quas longū esset numerare. permisit etiā illis tēporibus diuortiū ꝛ repudium inter cōiuges ex aliquibus causis: vt apparet per totū titulū. C. de repu. ℄ His autē casibus ius ciuile disponebat super substātia ꝛ essentia matrimonij. ꝛ hoc nō erat ob aliud nisi q; vt dixi tūc imperator erat dñs mundi ꝛ etiā in spiritualib⁹ imperabat. vnde disposuit de abbatib⁹ monachis ꝛ de epis ꝛ de q̄ pluribus ꝛ diuersis gñibus clericoū: vt ꝑz in aut. de monachis. ꝛ qūo opz epos. ꝛ de sanc tis. epi. Hodie vero dispositio spūalū solum spectat ad eccl'iaz nō ad imperatorem vt. d. c. ecclesia sancte marie cū alijs. ℭ. allegatis. merito ergo predicta iura ciuilia super substātia ꝛ essentia matrimonij disponētia abrogata sunt ex quo iuri canonico contradicūt vt apparet ex predictis. ꝛ firmat Angel. in. d. cōsil. de quo mentionem fit Feli. in. c. ecclesia sancte marie. de cōsti. xxvij. co. ver. ꝛ ista limitatio. sequitur ergo q̄ leges vel statuta imponentia penam amissionis doris mulieri nubēti viro indigno sine cōsensu patris nō valēt: vt patet ex predictis. ꝛ firmat Fely. post alios de quib⁹ ibi per eū. in. d. c. ecclesia sancte marie. xxxviij. co. ver. iij. effect⁹. Et si quis recte cōsideret: dicet hoc nō esse contra dictas leges ciuiles. nā in huiusmodi spiritualib⁹ ꝛ accessoriis eoū intelligēda sunt iura que dicūt q̄ leges nō dedignātur sacros canones imitari: vt dicit text. in. c. cleri. ℭ. de iudi. ꝛ in. c. fi. j. de secū. nupt. ꝛ in aut. vt clerici apud proprios episcopos. §. pe. col. vs. videtur ergo lex ciuilis dispositionem suam reuocare. si canoni contrarietur directe vel indirecte perpetuo vel ad tempus secundum ea que no. in regula sine culpa. eo. ri. ꝛ lib. in mercurialibus. et firmat Saly. in aut. maximis in fin. C. de nup. ℄ Ex istis resultat solutio ad gloss. in. d. c. fin. xxxvs. q. j. ꝛ ad rex. in. d. §. fi emancipatus. et etiam ad omnia alia iura que videbantur obstare conclusioni predicte. ℄ Ex his etiam resultat quod non bene dixerit Ang. in. d. aut. qui. modo natu. effi. legi. §. ij. col. vs. cum dicebat quod si homo diues vel in dignitate positus contraxit matrimonium cum vili vel indigna muliere: per tale matrimonium non legitimantur filij antea nati. Maz aut Angelus intellexit quod non legitimabantur ex eo quod inter tales non poterat esse matrimonium de iure ciuili vt. l. imperialis. C. de nup. ꝛ. l. humilem. C. de incest. nupt. ꝛ pessime loquitur: quia hodie de iure canonico cui super matrimonio standum est: vt c. pe. ꝛ vlt. j. tit. proxi. et glo. in §. fi. insti. de gradibus ꝛ in. Iurisperitos. ff. eod. valet matrimonium cum talibus: quia ꝛ cum seruat matrimoniū contractum tenet: vt. c. proposuit. ꝛ. c. fin. ℭ. de coniu. seruo. ꝛ cum meretrice: vt. c. inter opera. ℭ. de spon. ꝛ. c. integritas ꝛ. c. non est culpandus. xxxij. q. j. Si autem Ang. pre supponit matrimonium tenere loquitur contra text. in. c. tanta. ℭ. qui fil. sint legi. vbi littera dicit tanta est vis matrimonij: vt qui antea sunt geniti per contractum matrimonij legitimi habeantur. ꝛ sic vult ille text. quod legitimatio filiorum antea habitorum fundatur super virtute ꝛ potētia ꝛ fauore matrimonij. fingitur em matrimoniū a principio fuisse cōtractum. ꝛ sic non bene loquitur Ange. ꝛ ipsemet visus est sentire cōtrarium in aut. vt liceat matri ꝛ auie. §. quia vero legē. col. viij. vbi dicit quod, si quis vult filios quos ex muliere vili vel meretrice habet facere legitimos non potest nisi instrumenta dotalia fe quantur. a contrario ergo si sequūtur dotalia instrumenta possunt filij legitimari per tale matrimoniuz. ista autem instrumenta hodie non sunt necessaria: vt concludit Abb. post alios in. d. c. tanta. ergo per tale matrimonium legitima abuntur: ita dixit Nico. de ybaldis in suo tract. de successio. ab intesta. charta. viij. j. col. sic reprehendens Ang. vbi. ℭ. quod mihi satis placet. [Ex quo infertur quod ex matrimonio taliter cum indigna contracto legitimantur filij antea nati et iam si pater protestetur quod non vult filios legitimari vt noranter voluit Jacobus zochus in. d. c. tanta. quem refert ꝛ sequitur alexandrinus ibi. col. xxs. ver. quero. quamuis contrariuz tenuerit antonius roselus in suo tractatu de legitimatione filioꝝ. fo. iij. col. prima. cuius opinio potest saluari in alia legitimatione quaz per matrimonium secundum Alexandrinum vbi supra. Item infertur quod tales filij per sequelam matrimonij legitimantur etiam ignorantes ꝛ inuiti: vt ibi p Alexandrinum contra Guillel. Bal. ꝛ alios in. l. benignius. ff. de legibus. ꝛ Andream siculum in repetitione. l. cum acutissimi. C. de fide instrumentis. cli. x. vide ad predicta Alexandrinum in. c. per venerabilē. §. quod autem. col. xl. qui filij sint legitimi.] ℄ Per ista etiam videtur non bene dixisse Pau. de castro in. d. l. donationes in concubinam. ff. de donatio. dū

18 vult quod indignitas mulieris tollit presumptionem matrimonij. ℄ Et per hec remanet defensata mediocriter ꝛ colorate conclusio predicta quod pater tenetur dotare filiam minorem vigintiquinq; annis que sine eius consensu matrimonium etiam cum indigno contraxit quamuis dotem non promiserit. Poterit ergo filia vel maritus p ea petere dotem, a patre (venia tamē prius petita a iudice: vt. l. generaliter. ff. de in ius vocand. ꝛ institu. de actio. §. penales.) que iura procedunt nedum quādo agitur contra patrem per viam actionis: sed etiam q̄n implorat officium iudicis: vt est glo. no. in. l. si socer. in prin. ff. solu. ma. ꝛ in. l. ita tamen. §. qui rogat⁹. ff. ad trebel.

1 ☞ Spe lucri an possit quis inuitari ad contrahēdum matrimonium.

2 Conditio hec est honesta accipiam te in vxorē si mihi centum donaueris.

3 Testator si instituit filios heredes sub cōditione q̄ non contrahant matrimonium nisi cum filiabus mercatorum ꝛ si contraxerint priuat eos hereditate ☞ vltra legitimam an tale preceptum valeat.

4 Stipulatio penalis non potest impedire matrimonium contrahi: nec ipsum cōtractū dissolui. ꝛ nu. 6.

5 Adoptio prohibetur fieri metu pene.

6 Ludens multum si faciat instrumentuz amico suo in quo promittat non ludere ꝛ si ludat promittit soluere tantum nomine pene tale instrumentum fine stipulatio valebit.

8 Uxor pōt propter seuitiā viri ab eo recedere ꝛ etiaz si teneat ꝓcubinā nec est restituēda nisi cautionem idoneam prestet.

9 Scholaris nō potst in domum inducere ganeas.

10 Dimittēs vxorem ꝛ adherens concubine tamdiu debet esse cōmunione priuatus et a ceru hominum alien⁹ quādiu a consortio vxoris fuerit separatus.

11 Mērula mediū est quo ꝓiuges discordātes ad pacem reducuntur.

12 Inuēt⁹ in delicto nō ꝺr nisi apprehendat. ꝛ nu. 14.

13 Concubine clericoū an sint de foro ecclesie.

15 Fornicatio clerici q̄n dicatur notoria.

16 Palam ꝛ publice differunt.

17 Publice fieri ꝺr quod fit in ecclesia multis astantibus.

18 Deprehensi in heresi dicunt qui publice predicant heresim.

19 Cōcubina ad hoc vt dicat publica nō sufficit q̄ sit deprehensa in delicto.

20 Publicum ad hoc quod aliquid efficiatur quid requiritur.

21 Filius cōcubine clerici beneficiati in minoribus th existentis nō legitimatur per subsequens matrimonium.

22 Muller nupta an possit ꝓ debito carcerari.

23 Curator dari pōt mulieri viuēti luxuriose.

24 Ulixes fidem vxoris seruauit.

25 Proles immaculata que dicatur.

§/ 21 **Ex his patet huius rei dicti**

cultas: cuius decisio remittatur ad eum qui decidere potest. Et quamuis cum istis hucusq; transieriz: nunc autem [dato maiori otio] arbitror vnum posse attentari. per quod omnium scribentium tollatur dissensio ꝛ ad vnam omnes reducantur sententiaz. Quod fiet si christianissimi reges nostri nouam ediderint legem per quam filiarum minuatur legitima ad decimam vel duodecimam bonorum parentum partem vel aliam minorem pro alimentis que sibi a iure nature debentur quoniam [vt nosti] legitima succedit loco alimētorum vt in precedentibus sepe dictum est. ꝛ propterea aliqui doctores dixerunt legitimam in totum per legem vel statutuz tolli non posse: minui, th sic quasi illud q̄d filio diminuitur deseruiat pro alimentis vt dixi. ℭ. verficulo ꝛ inde est. ad hoc facit lex regni foro legum libz. iij. titul. ix. ℄ Ex quo infertur vnum quotidianum q̄ si filius habet alimenta ex bonis paternis vel alias: licite poterit pater ex omnibus bonis suis cum regia facultate facere maioratum pro filio primogenito. ad hoc bene facit quod nota. in ca. licet. de voto. et decisio. Abba. in. c. raynutius. supra de testamen. iij. col. verficu. ego crederem. dum dicit quod vbi filius haberet alias vnde viueret valeret consuetudo vel statutum etiam in totum absorbens legitimam: quia cessat equitas naturalis ex qua pater tenetur alere filios: ꝛ militat alia secundum quam licitum esse debet patri (sicut cuilibet est licitum) disponere de re propria ad libitum. quia in re sua quilibet est licitus moderator et arbiter. insti. tut. de rerum diuisio. §. per traditionem. ꝛ. c. de his. de sepul. cum similib. quod est notandum secundum Abb. vbi supra. Et per hoc reducuntur ad cōcordiam opiniones contrarie de quibus supra. ver ficul. et inde est. ADDI Adde quod de decisione Abba. meminit Alexandri. in. c. ius naturale. s. dist. col. iiij. vbi de ea videtur dubitare. vide Bald. in. l. cum lege. ad fin. C. de episcop. ꝛ cleric. et que dixi supra. §. iiij. incipiēt. redeundo. in principio. TIO. ℄ An autem in foro conscientie sit licitum facere maioratum vel meliorare vnum ex filijs in tertia et quinta parte bonorum. Non est iste locus accommodatus forsan tangēt. j. §. xxvj. q. pulchra ꝛ quotidiana questio est. ꝛ pro animarum salute satis necessaria. ℄ Designata aumen legitima filiabus per legem subiungitur in. l. permittimus tamen parentibus quod in contractu vel testamento possint si voluerint ratione dotis augere legitimam filiabus obedientibus: et matrimonium cum parentum voluntate et consensu contrahentibus vsque ad quartam antique legitime designate per dictam. l. regni. Tunc enim filia (vt maiorem consequatur dotum) parentibus obediens erit et absque eoruz

Universidad de Deusto Biblioteca

consensu matrimonium non cõtrahet. Nec aliquis eam aliter accipiet in vxorem. Et consequenter per hunc modum tam parẽtibus quam filiabus optime cõsuletur. ¶ Hanc autem legem contra matrimonium fore aut ipsum quoquomodo intimidare dicet nemo: quoniam ex quo legitimam ⁊ alimẽta relinquit filie que in omnem euentum habitura est filia: non est de quo queratur. Si tamen parentibus obediens fuerit: eisq; (bona ducta consilio) placeat cum eorum consensu matrimonium contrahens maiori fruetur dote. Et ita lucri spe inuitabit filia ad faciendum id ad quod (saltem de honestate) naturali tenebatur ratione parentum consensuz in suo matrimonio adhibendo. Quod tam pontificio quam cesareo iure permittitur: vt concludũt doctores nostri in. c. gemma. ē. de sponsa. ⁊ legiste in. l. Titia. ff. de verborum obliga. Potest enim filia vel queuis alia mulier inuitari ad matrimonium contrahendum cum aliquo viro: vel certo modo vel cũ aliqua qualitate sub spe lucri: vt est textus valde singularis ⁊ ad propositum nostrum satis accommodatus in. l. titio centum. §. titio centum. ff. de condi. ⁊ demonstra. vbi litera dicit Titio centum relicta sunt: ita vt Meuiam vxorez que vidua est ducat cõditio non remittetur: ⁊ ideo nec cautio remittenda est. Huic sententie non refragatur quod si quis pecuniam promittat si Meuiam vxorem non ducat: pretor actionem denegat. Aliud est enim eligendi matrimonij pene metu libertatez auferri. aliud ad matrimonium certa lege inuitari. Hec sunt aurea verba illius textus. Ad idem tex. notandus in. l. cuz ita legatum sit. cum. l. sequen. eodem titu. vbi inter cetera dicitur: videamus: ⁊ si ita legatum sit si Titio nupserit: ⁊ quidez si honeste Titio possit nubere dubium non erit: quin nisi paruerit conditioni excludatur a legato. ¶ Concordat tex. singula. in. l. vter ex fratribus. ff. de condi. institu. ⁊ in. l. prima ⁊ secunda. C. de institu. ⁊ substitutio. sub conditione factis. ADDI Vbi vide doctores signanter Jasonem in vltimo no. TIO. A quibus sumpta fuit lex Regni sexta partita. titulo quarto. l. quarta decima. que incipit en menda. ¶ Idem firmat Bartolus in. l. si ita stipulatus fuero fisti. §. fi. ff. de ver. obli. vbi dicit quod potest mulier inuitari ad matrimonium etiaz a marito spe lucri. [Cessante causa turpitudinis] pvltimam voluntatẽ vel contractũ: vel als refert ⁊ sequit alexandrinus in. d. c. gemma. iij. co. versi. sed p clarior. i. ¶ Ex quo datur limitatio signãda ad. d. §. fi. ⁊ alia iura que dicunt ꝙ mulier non potest inuitari ad matrimonium contrahendum a viro spe lucri a viro prouenientis: quia contrahere matrimoniuz est mere libertatis: pro quo non imponit aliqua pena si contrahatur. vnde si vir promittit lucrum pro matrimonio cum absolute possit ducere aliam non est mirandum si lex presumpserit hoc fieri ex ino: dinato affectu: vbi tamen cessat ista presumptio ⁊ causa turpitudinis valebit mariti inuitatio: vt dicebat ibi Bar. quod est bene notãdum. Et sim hoc intellige tex. in capitulo de illis. supra de conditioni. appo. vbi notabiliter probatur secundum Abba. quod hec conditio est honesta: accipiam te in vxorem si cẽ-

1

tum mihi donaueris. nam si non esset honesta non suspendisset sponsalia de quibus ibi: sed haberetur pro non adiecta: vt capitulo finali. eodem titulo. debet enim intelligi quando cessat presumptio inordinati affectus: quia interuenit iusta causa et honesta istius promissionis: vt si nobilis contrahit cum plebeio vel iuuenis cum sene: non esset inhonestum si promitteretur aliquid ipsi nobili vel iuueni in compensationem nobilitatis vel iuuentutis secundum Bartolum vbi supra et Abba. in dicto capitulo de illis. de quo late dixi in rubrica. columna. cxxiiij. §. vno tamen casu. et iste intellectus ad illum textum est planus ⁊ tutus quamuis diuinet: et aliqualiter restringat text. secundum Franciscum aret. in dicto §. si tibi nupsero. prima colũna. qui aliter loquitur. ⁊ finaliter cogitandum relinquit. Sed in casu de quo agitur nulla est calumnia: eo quod lucrum non promittitur a viro mulieri: quod est prohibitum ratione presumptionis inordinati affectus. Sed promittitur a lege vel a parre quod fieri potest: vt ex predictis satis apparet. Si igitur in casu nostro filia non adimpleuerit illud quod sub spe lucri inuitatur matrimonium contrahendo absque parentum consensu: lucrum minime cõsequetur. hoc fere in terminis nostris decidit Oldr. consi. xvj. incipi. thema est vbi dicit quod † si testator instituit filios heredes et mandat eis quod non contrahant matrimonium nisi cum filiabus mercatorum. et si contraxerint priuat eos hereditate vltra legitimam: istud preceptum valebit. et si non seruatur a filijs perditur hereditas: quia hic admittitur lucrum: cuius amissio toleratur si aliquis inuitatur ad matrimonium sub spe lucri. Hanc decisionem vt singularem reassumit anch. in regula nemo potest. de reg. iur. lib. vj. ij. char. in repeti. Pau. de ca. in. l. hoc genus. ff. de condi. et demon. Fran. are. in. l. si ita stipulatio. in fi. ⁊ in. d. l. si ita stipulatus fuero §. si tibi nupsero. co. ij. ver. dicit etiã hic bar. ⁊ latius in. l. titia. co. iij. ver. in glo. posita super verbo. ob statutã ⁊c. ff. de ver. ob. Fely. in. c. ij. in fi. ē. de treuga et pace. ¶ Ad cuius confirmationez facit qõ in simili dicimus. stipulatio penalis non potest impedire matrimonium contrahi: nec ipsum contractum dissolui: vt. d. l. si ita stipulatio. ff. de ver. obli. potest tamẽ quis inuitari spe lucri ad matrimoniũ non dissoluendus: vt probatur in. l. ea que. ff. isto ti. sm vnum intellectũ. ita dicit Fran. are. in. d. l. si ita stipulatio. reputãs hoc valde nouuz in ista materia. sic limitãs singulariter illam. l. ꝙ licz dissolutio matrimonij nõ possit impediri per penam. potest tamen impediri per amissionem lucri etiam si procedat ab altero ex coniugibus: quoniam ex promissione quam facit maritus vxori: vel cõtra promittendo lucrum. volens per hoc euitare dissolutionem matrimonij: non presumitur inordinatus affectus: quia vult idem quod lex. s. quod matrimonium non dissoluatur sino durez ⁊ conseruetur. Verum est quod huic decisioni multum aduersatur text. not. in. l. vxorem §. heres. ff. de leg. iij. vbi si testator prius disponit pure: ⁊ postea iniungit aliquod onus heredi: et si illud non adimpleat priuat eam relicto: tunc dis-

2

positio pura non fit conditionalis: sed est pena adiecta a testatore que resoluit ius purum ⁊ quesitum. Unde in casu Oldradi prius videtur legatum purum per quod filijs acquirit: si postea adijciat onus conditionale videbitur legatum purum sibi adimi deficiente conditione. ⁊ ita admisit lucrum queren-
4 dum sed quesitum quod esset pena. Nam amissio lucri iam quesiti est † damni incursio: vt dicit glo. valde nota. in. l. prima. §. si quis autem. ff. de itinere actu. priuatis. nisi diceris quod damnũ quod habet originem a lucro computatur vt lucrum seu vt amissio lucri: vt sentit glo. singularis in. l. si duo. in ver. scire potuit. ibi: tum quia originez habet a lucro 5
ff. de acquirenda hered. ⁊ propterea sicut potest alicui auferri lucrum querendum sic ⁊ lucrum iã quesitum. ad hoc est glo. in terminis in cap. cum secundum leges. de hereti. lib. vj. in verbo certo casu. que vult quod si mulier rapta que ex iuris dispositione lucrum acquisiuit ex bonis raptoris: eidem raptori postea consentiat matrimonium contrahendo: perdit lucrum iam quesitum: quam gloss. approbãt ibi aliqui doctores non leuis autoritatis. ⁊ Anto. in capi. s. ē. de spõ. ⁊ multi alij de quibus supra habita est mentio. col. cccl. versi. bene facit. pro qua gloss est textus multum commendandus ⁊ non solitus allegari ad hoc in. l. ea que. ff. isto titu. secundũ verũ intellectum vbi est casus singularis quod sicut ad matrimoniuz potest quis inuitari spe lucri ita possit inuitari per amissionem lucri iam quesiti. ad hoc allegatur ⁊ cõmendatur ille tex. per Fran. de are. in. d. l. si ita stipulatio. in finalibus verbis. ⁊ quod sic debeat intelligi tex. in dicta. l. ea que. sentit gloss. in. l. ij. C. de inuti. stipula. dicens quod damnũ quod incurrit mulier erat potius amissio lucri: attento quod illam pecuniã illa mulier erat lucrata ex donatione viri. quam glo. ad hoc tenementi. ⁊ hunc intellectũ videtur sequi Barto. ⁊ alij in. d. l. Titia. ⁊ ibi Fran. are. iij. col. ¶ Sed quãuis ista vera sint vt tamen omnis tollatur occasio: rutius erit quod pater faciat institutionem conditionalẽ dicendo. instituo filios heredes: vel lego filijs si matrimonium contraxerint ⁊c. nam tunc institutio vel legatum est conditionale: ⁊ inuitat ad matrimonium spe lucri quod si non fiat adimit lucrũ querendũ non quesitũ. ⁊ hoc modo sustinebitur decisio Oldr. ¶ Ex qua decisione sic qualificata infertur vnũ magnifaciendũ in ꝓpositio nostro: quod non solũ per legẽ predictaz arcetabitur filia in suo matrimonio requirere parentũ consensum: verũetiam poterunt parentes eam arctare ad requirendũ consensum filiorũ post mortez parentum si in suo testamento dicatur: instituimus filiam heredẽ in decima vel duodecima parte bonorum que habemus. Si tamen cõtraxerit matrimoniũ ad votũ fratrum suorum vel Titij fratris sui legamus sibi vltra legitimã talẽ rem vel tantam pecunie quantitatem. bene enim poterunt parentes hoc facere meo iudicio: vt ex predictis apparet: qõ reputo valde notandũ. ¶ Non obstat si dixeris qõ licet ad matrimoniũ contrahendũ aliquis possit inuitari spe lucri: vt supra dictuz est: hoc non procedit in filio sub conditione herede instituto: vt est text. signandus in. l. si quis in testamento. ff. de condi. instituti. ⁊ ibi not. Barto. quia si filius non impleat conditionem: non dicitur perdere lucrum: quoniã hereditas est sibi quasi debita: vt. l. si patronus. ff. de dona. ⁊ in. l. ⁊ quia. in ver. quasi debita. ff. ꝓ socio. ⁊ in. l. si quis legatũ. in fi. ⁊ ibi gl. ff. ad legẽ corne. de fal. ⁊ l. fi. §. f. C. de cur. fur. ⁊ l. vnica. C. de his q̃ añ aptab. ⁊ l. f. §. pe. C. de codic. gl. i. l. si emãcipa. C. de iur. ⁊ fac. ignor. ⁊ in. l. si duo. ff. de acquir. here. ⁊ in aur. de here. ⁊ fal. §. si añt non implens. Et lz text. in. d. l. si quis in testamento non loquatur in matrimonio: sed in adoptione. eadem tñ ratio est in vtroq; quia adoptio † iam prohibetur fieri metu pene: vt. d. l. vxores. §. heres. de leg. iij. ⁊ videtur de mente Bar. in. d. l. si quis in testamento dũ dicit quod extraneꝰ potest inuitari ad adoptandum spe lucri per. d. §. titio centum. ⁊ sic materiam adoptiõis trahit ad matrimonium ⁊ econtra. ¶ Ad ista responderi potest quod dicta lex si quis in testamento. si bene aduertatur probat contrarium eius ad quod inducitur quod licet hereditas patris dicatur filio quasi debita in dispositione tñ iuris que agit de amissione huius hereditatis computatur tanquã lucrũ: vt voluit glo. nota. in. d. l. si emancipata. ⁊ ibi no. Bal. dicens per eã quod quando lucratur quis illud quod est sibi quasi debitũ dicitur lucrari. ⁊ iudicaꝫ sicut de eo qui lucratur: quod dicit esse notandũ. de qua glo. faciunt festum multi. de quibus ibi per Jasoñ. col. f. in fi. ver. circa secundã partem. Et Feli. in. c. primo. col. p. ē. de rescrip. ⁊ Pau. de monte pico in solẽni repetitione. Lin quartam. ff. de acquiren. heredi. Franciscus aretinus. in. d. l. Titia. iiij. col. ff. de verb. obli. faciunt iura prealleg. ADDI Sed quãuis hereditas patris dicatur quasi debita: de illa tamen iudicatur tanquam de lucro non tanquam depositio cuitando: vt notanter dicunt Bartol. ⁊ Bald? in dicta. l. si emancipara. per glo. ibi posita: que hoc vult. de quo meminit Bartholomeus sozin. consi. f. in fine. ⁊ infert ad casum: de quo ibi per eum. Si autem legitima est quasi debita filio ⁊ pater eam filio in vita concessit: videtur debitum vel quasi debitum soluere: ⁊ consequenter non videꝫ meliorare in re concessa: nisi tunc demum quando vltra legitimam ei concessit. ita' intelligẽda est lex Regni in curijs Taurinis. xxvj. incipiente. Si el padre leur. tenemenți. quia plures in hoc decipiuntur. vide que dico infra. §. vigesimo secundo. ad fin. TIO. ¶ Et sim hoc videꝫ Aretinus sentire ꝙ potuisset pater inuitare filiã ad cõtrahendũ matrimoniuz sub spe lucrãde legitime: ⁊ consequẽter posset hoc grauamen filio in legitima apponere: quod mihi non videtur tutũ propter. l. quoniã in prioribus. ⁊ l. quoniaz nouella. C. de inof. testa. ¶ Quapropter ego aliter dicerem ⁊ forsan melius quod Oldr. non loquitur de grauamine appposito in legitima. Nã in casu ꝙ ipse loquit non inuitat pater filios ad lucrũ legitime: sz ad lucrandũ id quod vltra legitimã sibi relinq̃tur. ita etiã glo. loquit qñ legitima filie erat per legẽ designara: qõ possit pater aliquid vltra legitimã filie relinquere in testamento si cuz fratris consensu matrimoniũ ꝓtraxerit. Et per ista arbitror de iure legẽ

posse fieri ⁊ sustineri circa matrimonium filie.cogitabis tamē:qz nō reperio ita declaratuz p aliquē.
¶Alij tñ dicebant quod fieret lex aperte,requirēs in matrimonio filie parentum consensum ⁊ si eo pretermisso contraheret posset exheredari.postea approbaretur per Romanum pontificem.ego nō suz huius consilij particeps:qz ex quo reges nostri christianissimi modo predicto possunt legem condere: non est opus in suis legibus requirere Pape cōfirmationem. ¶Unuz demū ad predicta dum addē-
6 dum ꝙ ⁊ si † stipulatio penalis non possit interuenire circa matrimoniū contrahendū:vel vt contractum non dissoluatur:vt.g.late ostensum est.ꝑ conseruando tamen matrimonio vt coniuges honeste ⁊ pudice viuant ⁊ vt occasio adulterandi tollatur: bene potest interuēire penalis stipulatio:z propter ea potest vxor a marito stipulari penam si redierit ad concubinam:vel concubinam acceperit:vt est ca sius literis aureis scribendus in.l.ex ea parte.§.mulier.ff.de ver.obl.vbi litera dicit mulier ab eo in cuius matrimonio conueniebat stipulata fuerat ducē ta si concubine tempore matrimonij consuetudinē repetisset:nihil cause esse respondi cur ex stipulatione que ex bonis moribus concepta fuerat: mulier impleta conditione:pecuniam assequi non possit:ꝑpter bonos igitur mores conseruandos inter cōiuges admittit inter eos penalis stipulatio:quod est bene notandum ꝑm Odof.Bar.⁊ alios ibi.⁊ Bal. in.l.fi.in fi.C.de spon.qz licet matrimonium debeat esse liberum:tamē executio matrimonij debet esse honesta:z non debet aliquid fieri nec per viruz nec per mulierem ledens pudorem matrimonij:vt.d.§. mulier.idem dicit Odof.Bar.Bal.Ange.Joā.de imo.⁊ Pau.⁊ Franc.are.per illum tex.si aliquis lu-
7 dat †multum ꝛ faciat instrumentum amico suo in quo promittat non ludere:z si ludat promittit sibi dare tantum nomine pene:nam valebit instrumentum ⁊ stipulatio.facit quod nota.in.l.fi.C.de aleatoribus.⁊ per hoc sumitur cautela per quam quis retrahitur a ludo sicut a tenendo concubinam ꝓpter bonos mores conseruandos.erasperantur eñ mulieres quantumcunq castissime per retentionez concubine a maritis:vt.l.consensu.C.de repu.⁊ au-
8 tē.de nup.§.minores.col.quarta. ¶Et inde est † ꝙ sicut pro seuitia mariti potest vxor ab eo recedere: nec est ei restituenda:nisi cautionem idoneam prestet de eius indēnitate.c.transmissa.⁊ ca literis.§. de,restitutio.spolia.ita si vir tenet concubinam potest vxor ab eo recedere:nec erit ei restituenda: nisi prestet cautionem de expellenda concubina ⁊ nō tenenda vel reassumenda etiam per appositionē pene vt dictum est:quia non bene conueniunt nec in vno lecto morantur vxor ⁊ concubina:quia focaria solet insidiari vite vxoris.ad hoc facit gloss.notabilis in simili in.l.non aliter.ff.de vsu ⁊ habi. que dicit quod scholaris †non potest in domum inducere
9 ganeas.ita nor.voluit Baldus,in ca.j.supra vt lite non contestata.prima col.versicu.ibi impunitate.refert ⁊ sequitur ⁊ multum commendat Alexandrin⁹ in ca.ex parte.in fine.supra de sponsa.dixi supra in Rubrica.ADDJ §.lxiij.ad finem.versi.⁊ hinc est,

10 Adde quod †dimittens vxorem ⁊ adherens concubine tandiu debet esse cōmunione priuatus ⁊ a cetu hominum alienus ꝙdiu a cō sortio vxoris fuerit separatus:⁊ si semel bis ⁊ ter monitus non redierit priuatur sua dignitate ⁊ nō potest ferre testimoniū donec ad vxorem redeat.c.preceptum.xxxij.q.v.potest ergo vxor ciuiliter agere contra maritum vt concubinam dimittat:ipsam etiā concubinam accusare potest ciuiliter ⁊ condemnatam facere incarcerari donec soluat penam:ita nor.dicit Salice.in.l.j.col. xxvij.in.iiij.oppositione.C.de adul.quod tene mēti. Et tamen fieri potest melius faciet a principio procurare totisq viribus laborare obuiādo marito ne concubinam accipiat:vt pulchre docet Franc.barbatus in suo libello de re vxoria.lib.ij.in prin. quez rogo videas.vbi etiam subdit quod vxor que zelotipie causa marito grauis est:⁊ de repudio meditatur ac cogitat:⁊ sic sancta loquitur ha vbinā pellex cuius odio me in pistrinum dedo latio erit ac fortuna vior quam si me pene naufragam viderit.Cuppa secundis ventis adnauigans in luce genitali thoro secure statuta est:vt ibi plenius per euz.satagat igitur vxor quantum potest vt marito placeat ne eius dem vxoris tedio deterior efficiatur,verecundia oīno posthabita.⁊ si quando inter eos discordia fuerit vxor concordiam omnibus viis procuret.Antiq tus enim apud Romanos quando dissensio inter virum ⁊ vxorem incidisset viri plane Dee templum introibant,vbi remotis arbitris collocuti liberius concordes domi redibant. Unde cum matrona obiurgata viro amice alteri matrone Hispane rogasset vt virum Hispanum sibi in maritum quereret erat te media inter senem ⁊ iuuenem qui eam defenderet honoraretq. At Hispana sagax atq callida post aliquot dies talem inuenisse virum Romane matrone nunciat:Gallico tamen morbo mentula amississe:tunc Romana tristari cepit: cui singulq effecta magis erat mesta. Hispane vero tristitie causaz petenti respondit,me miseram. Si aliquādo inter nos ripe accidissent dissensiones contingant:quo medio ad pacem deueniatur:significans per hoc mentulam esse medium per quod coniuges discordantes ad pacē reducuntur.ZJO. ¶Si tamen noluerit a marito recedere poterit compellere maritum ad diuitendum concubinam per iudicem ecclesiasticū sub pena excommunicationis:vt.c.si concubine.j.de sententen.excommu.not.in.c.Romana.eodem titul.libro sexto.versi.offenditur.facit quod habetur in auten. vt lice.matri ⁊ auie.§.si quis in sua domo. Posset etiam iudex secularis compellere remedijs secularibus cum ad eius officium pertineat vt homines honeste viuant:vt.l.iustitia ff.de iustitia ⁊ iure.⁊ ibi Martinus de fan.⁊ Alber.ita dicit nor.Paul.in.d. §.mulier. Cui in hoc vltimo contradicit Franc.are. ibi not⁹:qz concubinatus de iure Cano.est reprobatus etiam non habenti vxorē.xxij.q.j.c.nemo.⁊ c.sequen.secus tamen est de iure ciuili.vt.l.in concubinatu.⁊ ibi Barto.ff.de concubi. Si autem est crimen solum de iure canonico dicit quod iudex secularis nō poterit se intromittere.c.vt inquisitionis.§. prohibemus,de here.lib.vj.⁊ quod plene no.docto

r.cum sit generale.de foro compe.tu dicas quod illud procedit in concubina secreta.secus in publica: vt in simili notan.decidit Ancha.consil.cxcvij.in.ij. questione incip.magnifice:de quo statim fiet mentio.⁊ presertim hodie secundum Regni iura que ꝓhibent exp:esse concubinatum:⁊ imponunt penaz ei qui habet concubinam publice ⁊ etiam ipsi concubine.nam si coniugatus publice teneat concubinam perdit quintam partem bonorum suoruz vsq ad quantitatem decem milium nummorum ꝑ ipsa maritanda:⁊ si illa matrimonium contrahere noluerit:tertia pars applicatur accusatori: alia vero tertia iustitie,reliqua fisco:vt statuit Rex Joannes primus in oppido de biuiesca era. M.ccclxxxvij. l.xviij.que incipit Ordenamos.⁊.l.sequēti statuit contra concubinas publicas clericoruz quod vltra alias penas concubina publica clerici vnam argēti marcham soluat:tertia pars accusatori,due vero partes Regis camere applicentur. Superuenerūt postea Reges nostri Christianissimi Toleti an M. ccclxxx.l.septuagesima prima,incipi.muy honesta cosa,approbauerunt leges predictas statuentes quod concubina clerici vel monachi vel coniugati pro prima vice soluat vnam marcham argenti:pro ut dicte leges disponunt.pro secunda vice exuletur concubina a ciuitate vel loco vbi moratur.pro tertia centum flagellis publice fustigetur:vt latius in dicta.l.continetur. ¶Et quia nonnulli errant in rela-
13 lectu ⁊ executione istarum legum [quamuis meras propositi nostri excedamus:qz non erit in hoc opusculo accommodatior locus ad declarandum] breuiter quantum possibile sit declarabo ne imperiti iudices in futuruz errent sicut hactenus errauerūt. ¶In primis igitur ponderare debent iudices verba illius legis signanter inquantum dicit qualēr muger que fuere hallada ser,māceba de clerigo o casado.quod,non propterea requirit quod debeat capi in eodem lecto,vel mensa prout aliqui opinantur,⁊ male:moti ex eo quod nunquam dicitur aliās
12 †inuentus in delicto nisi apprehendatur:vt est tex. no.ꝑm Bar.Bal.⁊ Ange.⁊ alios in.l.fi Barsatorē. C.de fideius.⁊ in.l.j.in prin.ff.de acquir.possess.⁊ ibi Bar.col.vj.ver.quarto principaliter quero.ad idez l.nunquam.§.thesaurus.ff.de acqui.rerum do.⁊ in §.thesauros.insti.de rerum diui.⁊ ibi no.[de isto ꝓ bo deprehensus:vide.c.cū non ab homine.§.de iudicijs.⁊ ibi glo.in verbo deprehensus.Ange.de are
14 tinis in fin.ex quo inferunt Bartol.⁊ alij in dicta.l. fi Barsatorem.quod si dicat statutum quod si quis inuentus fuerit cum armis perdat arma si non est captus:non dicitur inuentus:quia non sufficit sola visio sine captione. Idem si dicat statutum si quis inuenerit lupum habeat centum:intelligitur si eum interfecerit ꝑm Bald. Idem si dicat quod si quis fuerit inuentus in ludo:qm̄ oportet quod apprehēdatur per familiam in ludo ꝑm Ange.ibi. Idē si dicat statutum ꝙ domine inuente fuerint cum perlis soluant decem. Nam si sunt vise per officialem ⁊ nō retente non debent soluere decem ꝑm Baldum in litem lapil.§.primo.ff.de rerum diuisione.refert ⁊ sequitur Ange,de are.in tractatu maleficiorum in parte. dictus Andr.armatus.ij.col.ver.⁊ facit ad statutum.⁊ Augu. in additionibus ad Ange.ibi.⁊ in parte fama publica.super.q.xiij.vbi dat remissionem quam videas. ADDJ Adiez facit.c.ad abolendam.§.qui vero inuenti.de hereti.c. excommunicamus.primo versi.qui vero inuenti.eodem titul. ZJO. ¶Ex his aliqui iudices decipiuntur ⁊ consueuerunt aliquas mulieres ⁊ nonnullos clericos infamare:multis insidijs ⁊ cauillationibus vtēres vt clericos ⁊ mulieres occulte simul coeuntes:in eodem lecto iacentes capiant:quasi de tali inuentione ⁊ captura loquatur lex.Quo fit vt occulta delicta publicentur ⁊ manifesta fiant.Constantinum Imperatorem sanctissimum male imitātes. vere si propijs inquit oculis vidissem sacerdotem dei:aut aliquem eorum qui monachali habitu circumamicti sunt peccantem:clamidem meam expoliarem ⁊ cooperirem eum ne ab aliquo videretur:vt habeк in.c in scripturis.xcvj.dist.ex hoc enim infamantur rei:⁊ populus scandalizatur. ADDJ Nunc autem leue clericorum delictum inexpiabile censetur cunctiq profani illud palam facere omnibus gestiunt nepharium ac sceleratuz Cham imitati:qui dormiē tis patris pudenda non opperuit:sed alijs ridēda monstrauit.Ben.nono.c.ij.q.vij.c.sententiam.que res nō nisi ab extrema malignitate ꝓcedit.ZJO. ¶Et propterea aliqui audebant dicere quod statutum laicorum editum contra concubinas † clericorum non valet:quia sunt de foro ecclesie: vt dicit glo.in.c.eos in ver.indulgemus.xxxij.distin.⁊ sequūtur ibi Archid.⁊ Dominicus Abbas post Anto.in ca.cum sit generale.de foro compe.col.xiij.Abbas in.c.si concubine.j.de senten.excom.Sed illud potest intelligi de concubina occulta:secus de publica.vt not.decidit Ancha.consi.cxcvij.incip.magnifice ⁊ illustris princeps.⁊ in regula ea que.de reg.iuris.libro sexto.penul.charta.versi.xxiij.quero. cum qua decisione transit Joan.de anania in rubrica de adulterijs.vltima col.de quo videas Modernos signanter Feli.in.c.ecclesia sancte Marie. §.de constitutio.col.lxxvij.versi.xvj.quero. ADDJ Vide q̄ dixi.§.in rubri.§.xxxix.in principio.⁊ plenius in.c.si. de iudi.in septima illati.in meis recollectis. ZJO. ¶Redeūdo ad rem illa verba fuere fallenda non habent illum intellectum. Sed volūt quod debeat probari per testes vel aliam legitimaz probationē. Nam ille dicitur inuentus in delicto contra quem
14 maleficium probatur:vt.l.ij.ff.de custodia reorum. ⁊.l.prima.C.de rapt.virginum.⁊ ita tenent Ang.et Joan.de imo.⁊ alij in.l.iij.§.neratius.ff.de nego.gestis.Bald.in.c.proposuit.§.de appel.⁊ ibi Alexandrinus in.ij.col.quem vide. Ista autem probatio debet esse talis que concludat mulierem esse concubinam publicam clerici monachi vel coniugati. vt requirunt leges predicte:vtputa si publice tenebat istam mulierem scientibus ⁊ videntibus vicinis dādo ei publice necessaria.argumen.l.si vicinis scientibus.C.de nup.ita dicunt doctores signanter Hostien.⁊ Joan.andre.in ca.de illo.supra de eo qui cognouit consanguineam vxoris sue.quod dictū valde commendat ibi Abb.ad materiaz.c.vestra.§. de

15 cohabi. cleri. ⁊ mulī. vt fornicatio ꝯclerici dicaꝫ notoria fine alia ꝓbatione si publice tenet concubinā pro quo videtur tex. in. c. tua. eodem tit. iuncta glos. in ver. nec ex euidentia. que hoc clare vult: ⁊ eaz notabis ſm Abba. in. d. c. de illo. facit tex. in. c. transmisse. de eo qui cogno. consan. vxo. sue. in verbo publice. ⁊ in. c. exceptionem. s̄. de exceptio. quod exponit ſm Catholicon. id est populice. est dicere quod cōmuniter scitur in populo saltem apud vicinos, apd̄ quos est communiter notum. tracꝫ in plus se habet verbum publice: ⁊ potentius est ꝯ verbum palam.

16 Nam palam dicitur factum ꝯ qd̄ fit etiaz ab vno coram aliquibus. l. palam. ff. de verbo. signi. Sed verbum publice maiorem requirit notorietatē vel publicitatem: vt notanter declarat Sali. melius quaz alius. de his quos vidi in. l. ea quidem. char. penul. versi. quarto iuxta hoc quero. C. de accu. allegat. l. ſ. § publicum. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ l. seruum quoꝫ. §. publice. ff. de procu. ⁊ l. non erit. §. si quis. ff. de iure iuran. ⁊ l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui ope ris nun. vbi publice exponitur. i. populice. ⁊ glos. in rubr. ff. de publi. iudi. ⁊ institu. eo. in princ. ⁊ instit. de suspec. tuto. §. cōsequens. exponit publica accusatio i. populica. Ad predicta allego glo. valde singularē ⁊ magistralem in cle. ſ. in verbo publice. de sepultu. quam multum commendat ibi Abb. ⁊ in. d. c. exceptionem. s̄. de excep. ⁊ multi alij de quibus ibi per Feli. col. penul. ver. item dum abbas. Ad idem facit tex. no. in. l. eum qui. C. de fal. vbi dicitur publice notum quod populice innotescit. ⁊ publice reprobatur quod vniuersaliter ⁊ generaliter reprobat: vt d. l. nō erit. §. sed si quis. facit etiam tex. in. c. insinuatum. ſ. de symo. in. c. cum desideres. ſ. de senten. excō. ⁊ ibi dicitur aliquis laborare publica infamia: quādo omnes vel multi de populo hoc sciunt. Ad idem tex. in autē. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. fugiūt col. ij. vbi publice turbe dicuntur. i. rixe ⁊ contentiones: non qz publica fiant autoritate: sed quia publice patent. Ad idem cle. ſ. §. si vero. de foro compet̄.

17 vbi dicit ꝯ publice fieri: qd̄ fit in ecclesia multis astātibus. ⁊ no. per Inno. ⁊ alios in. c. statuimus. de maledi. ad idem. c. ſi in ſi. s̄. de dolo ⁊ contu. Ex quib⁹ omnibus attenta mente legis Regni que publicitatem requirit: ne alie mulieres hoc videntes in simile delictum cadant dicetur publica cōcubina clerici monachi religiosi vel vxorati que cōmuni opinione vicinorum ꝓ talt eius concubina reputabatur: quia scientibus ⁊ videntibus vicinis ille domū eius intrat ⁊ conuersatur: ⁊ econtra illa domū eius frequentat: ⁊ alimenta ⁊ alia necessaria recipit. istā ego dicerem publicam concubinam: vt debeat puniri per leges regni quas sic intelligo. ADDI Unde non sufficeret quod fuerit in delicto vel concubinatu deprehensa. Sola enim deprehensio in delicto non reddit delictum publicum vel notorium nisi aliter quis conuincatur: vt est glo. notab. iuncto textu in cap. ex literarum. supra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. ⁊ ibi notat Hostien. Joan. andr. Abbas ⁊ alij. Ad hoc bonus tex. in. l. prima. C. de peti. bono. sub. libr. decimo. vbi deprehensus in crimine dicitur de eo quictus. vide ibi Barto. Joann. de pla. ⁊ Lucam de pēna. ⁊ Alexand. in additio. Ad idem. c. penulti. ſ. de hereti. ⁊ c. ad abolendam. eo titu. vbi illi dicuntur deprehensi

18 in hereſi qui facti euidentia sunt heretici: puta qz publice predicant heresim vel legitima probatiōe. scz per testes vel ex sua cōfessione. Ex quo infertur quod si semel lapsus in heresim post abiurationez iterum labitur: de cuius relapsu apparet per solam eius cōfessionem dicetur relapsus. vnde quamuis peniteat ⁊ lachrymetur sponte veniens non erit admittendus quamꝯ per alias probationes de eius relapsu non constet quoniam per suam confessionē satis dicitur deprehensus in delicto quod est bene notandum: quamuis contrarium tenuerit Decan⁹ Segotrensis in tractatu hereseos questione. xiiij. Cogita ex istis habes quando dicatur quis deprehensus in delicto cum quibus concordat Alexandrin⁹ in cap. nunc autem. exi. distinctione. vide cap. de his quinquagesima distinc. cum glos. prima. non igitur

19 in casu de quo agitur sufficit quod ꝯ concubina sit deprehensa in delicto ad hoc vt dicatur publica: sz oportet aliter de publicitate constare: puta qd̄ multitudini se patere nō exponeꝫ sicut de meretrice publica. trigesima quarta distinctione. c. vidua. Sicut etiam dicitur publicus aleator/vsurarius/maledicus/excōmunicatus. de exceptio. c. exceptionem. de maledic. c. ij. de excess. prelatorum. c. inter dilectos. c. primo. de vsuris in sexto. secus ergo si secrete intraret domum propriam vel alienam detineat concubinā: nam tunc penam publice concubine nō incurrit cū vnius rem secretam non publicam denoter: vt legitur ⁊ notatur ff. de iureiur. l. si quis demum. hoc tenet Buil. in clemen. quoniam. de vita ⁊ hone. cleri.

20 in ver. publice. nec em̄ ad hoc quod ꝯ aliquid dicatur publicum sufficit quod sciatur ab aliquibus tm̄ tum: vt not. idem Buil. in clemen. ſ. §. fin. de concess. preben. dicitur est aliquid publice sciri. i. communiter quando fit coram multis: vt notat Joan. andre. in. c. preterea. ij. de sponsa. non ergo sufficit quod semel vel bis talis publice videatur: vt nota. decidit glo. in constitutionibus Anglicanis. de concubinis clericorum publicis super verbo publice: tunc igitur fornicatio vel concubinatus dicet notorius vel publicus quando quis habet concubinam fit cur vxorem publice nutriendo filios ex ea procreatos. ita quod non auderet diffiteri: aut negatio nulla esset: vt dicit glos. in. l. sententiam. in ver. celari. C. de penis. facit. l. illud. §. sed ⁊ si. ff. de trit. act. ⁊ xxxvij. dist. c. nullus. ⁊ c. preter. Si autem non est ita notorium: sed probabiliter potest tergiuersari: vt quia retinet concubinam cum matre: ⁊ dicit esse pedissequam matris ⁊ huiusmodi: non dicetur concubina publica vel manifesta: nec ille concubinarius public⁹ vel manifestus. c. ficut. de cohabi. cleri. ⁊ mulie. c. ſi quis. lxxvj. distin. tenet Abb. post alios in. c. vestra. de cohabi. cleri. ⁊ multi. Ang. de clauasio in summa in parte a concubina. versi. quarto facit tex. in. c. interdicimus. ibi missas publicas. xxj. questione prima. ⁊ ca. primo. de cele. missa. ibi publice compleantur. vbi exponit Innocen. publice. id est coraz populo. ad hoc c. fin. §. primo de clandest. despon. vide glo. ⁊ Vince.

in. c. porro. §. preterea. de diuor. vide que scripsi in. c. ſ. de peni. ⁊ remiss. in meis recollectis. TJO. Ercrederem has leges habere locū in concubina clerici in minoribus beneficiati per id quod nota. voluit Joan. andr. in regula ne culpa. de regu. iur. lib.

21 sexto. in mercu. vbi decidit quod ꝯ filius talis non legitimatur per subsequens matrimonium quod est valde notandum. de quo meminit Abbas in cap. per venerabilem. penul. col. ver. sed dubitari potest. s. qui filij sint legi. de quo vide Barto. in. l. in concubinatu. ff. de concubinis. per Barto. ⁊ Bald. in. l. et si contra. C. de nupt. Bald. in cap. naturales. circa medium. in ver. quero an natus ex clerico. in titul. ſi de feu. fue. contro. inter dominum ⁊ agna. lib. feud. ⁊ in. §. fina. institu. de nupt. per Angelum in. l. paul⁹. ff. de statu hominum. per Salicetum in. l. qui cōtra. C. de incest. nup. Antonium de Rosellis in tractatu legitimationum fo. ſ. col. iij. versi. vltimo quero. ⁊ folio. ſj. col. secunda. versi. primo casu: ⁊ singulariter p Nicolaum de vbaldis in tracta. de success. ab intestato prima parte. folio. vij. fina. colum. quem rogo videas quia pulchre loquitur. ADDI Adde Baldum in. l. parentes. ff. de in ius vocan. cuius meminit Nico. de Ubaldis in dicto tracta. de successi. ab intesta. col. xiij. in fine. ⁊ Matth. fil⁹ in suo tractatu de success. ab intestato. col. ix. versi. Joan. de imo. in cle. fina. in fine. de hereticis. TJO. Adde etiam quod iste leges non haberent locum contra mulierem nuptam quamuis esset publica concubina clerici monachi religiosi vel vxorati. argumen. l. si vxor

22 ſ. diuus seuerus. ff. de adulte. vbi meretrix vxorata potest accusari de adulterio: ⁊ sic statutum loquēs de meretrice non haberet locum in ea que est vxorata secundum Joann. andr. in additio. ad Specu. titu. de iniurijs. in Rubr. de quo facit festum Andre. ficulus in. c. latoz. ſ. col. versi. ⁊ adde Joan. andre. s̄.

23 de pigno. ex quo infert quod ꝯ mulier nupta non potest carcerari ꝓ debito quod expresse voluit Bal. in. l. consentaneum. C. quomodo ⁊ quando iudex. dicens quod stante statuto quod meretrix posset capi personaliter: non capietur illa que est coniugata licet turpiter viuat. de quo etiam meminit Andre. ficu. in. c. pastoralis. vj. col. ver. sed ego quero. s̄. de iudi. ex quo infert quod ꝯ licet alias mulieri luxurioſe detur curator: quia est prodiga persone fame ⁊ bonorum. vt. l. mulieri. ff. de cura. fur. viro autem luxurioso non. vt notanter decidit spec. ti. de acto. re. §. item opponitur contra actorem. ver. sed queritur. Mulieri tamen nupte etiam si luxurioſe viuat non dabitur curator. Sed finaliter Andre. ficu. videtur tenere contrarium quia est fauor mulieris vt detur sibi curator. quia sicut est prodiga persone multomagis presumitur prodiga bonorum. ⁊ ideo siue sit maritata siue non dabitur. sibi curator: quod est menti tenendum secundū eum. ADDI Vide eundem andream siculum in. c. pastoralis. vj. col. de iudicijs. TJO. facunt multa que de muliere luxurioſa dixi supra in rubr. c. cōi. cclxix. §. vnum demum cum sequentibus. Sed in casu nostro agitur de odio ⁊ pena. merito non puniretur penis legalibus disponentibus contra concubinas ⁊ sic alias practicaui. Sed si tanta est notorietas quod maritus illud sciat ⁊ patiatur: quāuis ipso tacente ⁊ consentiente: nemo possit adulterum accusare: vt fo. ll. lib. iiij. titu. vij. l. ij. ⁊ vij. partici. ti. xvij. l. ij. que aliter disponit corrigendo ea que not. in. l. quamuis. C. de adul. ⁊ in. §. j. instit. de publi. iu. ille tamen venit puniendus si fuit adulterij causa. vt. vij. parti. titu. xvij. l. vij. que incipit remanet. imo si ille fuit leno vxoris sue: mortis penam incurrit: vt eadem. vij. parti. titu. xxij. l. ij. incipit. alos alcahuetes. ⁊ traditur in. l. mercalē. C. de condi. ob tur. cau. hanc penam contra tales libenter deberent iudices imponere: ex quo ita impudenter matrimonij fedus ⁊ individuitatem fedare ⁊ diuidere non erubescunt: vxorem ⁊ carnē [vt ita dixerim] propriam polluendo: peccatum quasi contra naturam committunt. vbi est illa animorū coniunctio siue cōiugatio que ex matrimonio procedit: vbi illa fides coniugalis quam non debet vnus alteri prodere: quam etiam ipsi Gentiles cōmendarunt. Nam vt Aristo. iij. echonomicorū narrat: vlixes deprecāte ipsum athalantis filia cohabitare secum: et promittente immortalem facere et beatum omni tempore. nec vt immortalis fieret ausus est prodere vxoris sue amicitiā affectionem: et fidem maximam: sibi penam arbitratus fieri: si malus existens immortalitatem promereatur. Ubi illa immaculata proles: que secundum matrimonij bonuz appellatur: que proles: dici non potest nisi nuptijs nata sit. que nascitur primo deo: secundo patrie: tertio parentibus: quarto suis: quinto extraneis per vinculum charitatis: et de his intelligendum est quod plato dicere solebat: vt eum refert Tullius officiorum lib. ſ. c. iiij. non nobis solum nati sumus ortuſq nostri partem patria vendicat: partem amici ⁊c. de quo per Bald. in rubr. C. de priuileg. dotis. in prin. Ubi ille nexus diuinus et fedus perpetuum quod per copulam inter coniuges habitam contrahitur: per quam efficiuntur vna caro: ita quod non possunt separari nisi separetur anima a corpore. imo etiam post mortem mariti debet mulier seruare honorem viri ⁊ filiorum (si qui sunt) et suum proprium: vt tradit Bald. in dicto loco et dixi in rub. col. cclxxiij. Qui ergo hanc vnionem et indiuisibilitatem non seruant: pessimi et abominabiles deo et hominibus effecti: non sunt vita digni occidātur. ADDI Ex istis merito reprehenditur Seleuchus qui cum videret antiochum filium in grauem languorem incidisse: ex vefano nouerce amore et hoc esset a medicis deprehensum. pater coniugem filio abutendam cōcessit: offerens fortune quod in amorem incidisset: pudoꝛ imputans: quod dissimulare esset paratus vsque ad mortem: vt refert Valerius lib. v. c. vij. cuius meminit valensis in cōloquio parte. ij. di. ſj. c. ſ. legitur in vitis philosophoꝛum in vita erasistrati medici qui floruit tempore oniē pontificis. hic fuit ille medicus qui pulsu cognouit amantem predictum: vt ibi dicitur. de bonis matrimonij dixi in rub. §. xxix. in prin. bona enim matrimonij de adulterij grauitate dixi in rubri. §.

Universidad de Deusto Biblioteca

lxxviij. in principio. verficu. vxoris enim adulteriuz. ¶ IJO. Et pereat memoria eoꝝ cuz sonitu. Et nisi temporis angustia ꝛ rei [quam inter manus habemus] altus pelagus me retraherent: vticz tam cito non filerem. quoniam hoc abominabile vitiuz multoꝝ maculauit famam animasqz ad infernuz protecit. ¶ Sufficiant hec ad iudices minus doctos instruendos: vt sciant qualiter se habere debeant in huiusmodi penis imponendis exequēdis. Et redeamus ad viam a qua [vt hos etiam mitteremus fasciculos quos sumus egressi] credimus aliquibus profuturos. ADDJ An autem lex Regni predicta locum habeat contra mulierem meretricem quam clericus vel coniugatus habet in concubinam ꝛ aliquando domi retinet. ipsa tamē multoꝝ libidini patet: satis potest probabiliter dubitari. IJO.

1 ☞ Dotis constitutio cadere nō potest vbi nō sunt facultates.
2 Dos debet esse congrua inspecta quantitate patrimonij: numero liberoꝝ ꝛ qualitate sugalium.
3 Consuetudo patrie ꝛ familie considerari debet in dotandis mulieribus.
4 Dos filie excedens legitimam an possit a fratrib⁹ revocari. ꝛ nu. 6. ꝛ nu. 10.
5 Patronus non potest revocare alienata per libertum viuentem.
7 Dos constāte matrimonio respectu viri est titulus onerosus.
8 Lucrum dotis quod conceditur marito propter expensas non dicitur titulus lucrativus.
9 Libertus si dotauit filiam non videt hoc ipso fraudare patronum.
11 Dos immensa que dicatur. ꝛ numero decimoquarto.
12 Voluntas datur intelligi facto.
13 Dotis constitutio est quodammodo donatio.
14 Filij possunt revocare ea que pater perdidit in ludo illicito vsqz ad legitimam ipsoꝝ.

2½ In constituenda tamen dote

11 qui habuit gratiam †de uno homicidio: si postea fecit secundum homicidium et impetrauit gratiam de secundo homicidio: nihil valet nisi fecit mentionẽ expressam de primo homicidio et de prima gratia. quod dictum refert et sequitur And. sicu. in. c. super literis. xxxiij. colum. s. de rescriptis. per quod dicit quod in ciuitate bononie fuit de facto decapitatus vnus qui impetrauit gratiam remissionis secundi homicidij: non facta mentione primi nec eius gratie. ADD Jo de hoc dicto Guil. meminit etiam Fel. in capitulo postulasti. de rescript. colum. iij. verticu. et per istum textum. ⁊c. ego plenius prosequo: in. c. omnis vtriusq; sexus de peni. et remis. in verbo omnia sua peccata. verbic. vj. intellige istum textum ibi valere poteris. TJO. ¶ Facit quod voluit Bal. in. d. l. nec damnosa. ad fi. vbi dicit quod si quis impetrat a domino papa aliquam compositionem super pena que erat per fiscum exacta: et non facit mentionem de exactione: ⁊ incorporatione pene: non valet rescriptum quia obreptitium et fisco damnosum. ¶ Ad idem facit no. decisio Oldradi consil. xxij. in fi. et refert ⁊ sequitur Alexan. consil. cxiij. colum. ij. ad finẽ. incipit ponderatis. ⁊ Jas. in. d. l. nec damnosa. vbi decidit quod si princeps alicui concessit priuilegium pedagij in aliquibus locis ⁊ loca illa fint onerata pluribus aliis pedagijs de quibus mentio nõ est habita in dicto priuilegio priuilegium ex hoc censetur subreptitium: quia si princeps sciuisset: nouum grauamẽ non imposuisset subditis. argu. de leg. iij. l. titia. §. qui inuitus. et de dote preleg. l. quod dotẽ. quia nihil debet taceri quod potuisset principem in contrarium mouere: vt. d. l. prescriptione. ibi vel tacendi fraude ⁊c. Jta ergo dicamus in casu nostro.
12 quod †impetrans secundas literas debeat facere mentionem expressissimam de prioribus et de litis pendentia. et processu cause. ¶ Et quod plus est nõ sufficeret generalis mentio nisi etiam fieret mentio de statu cause ⁊ fieri an sit lis contestata vel conclusum in causa. ita not. voluit Andr. sicu. in. c. prudentiam. §. vj. ix. colum. s. de offic. deleg. refert hoc tenere Bal. in. d. l. j. C. de rela. ¶ Sed reuera Bald. ibi hoc non dicit in meo libro. solum enim dixit: vt. s. retuli quod tunc est fienda mentio de processu, cum lis est contestata alias non. nec videtur hoc dictum Andr. sicu. aliquo modo posse sustineri: tum quia iura que super hoc disponunt solummodo dicunt specialem mentionem fiendam de litis pendentia: non tamen arctãt ad specificam mentionem status cause: tum etiam quia contra ipsum expresse decidunt domini de rota dec. ccxxiij. alias est sub titu. de rescrip. xx. incip. Item si causa. vbi dicunt quod si causa committitur alicui auditori in eodem statu quo erat coram primo auditore valet commissio: licet status cause non exprimatur specialiter. et est ratio secundum eos quia per acta primi auditoris poterit leuiter ⁊ statim cõstare in quo statu est causa. arg. l. si nominatim. ff. de conditionibus ⁊ demonstrationibus vbi dicitur quod demõstratio fit per expressionem qualitatum rei demonstrate. Ad idem rex. in. c. licet ex quadam. ad fi. s. de rest. nil enim refert quid ex equipollentibus fiat: vt ibi dicitur. Et hoc maxime procedit si in petitione peteretur certa causam certo auditori committi subdendo clausulam consuetam cuius statum dignemini habere pro expresso. tunc enim papa committendo alteri: videtur ex certa scientia committere ⁊ statũ cause pro expresso habere secundum Rotam vbi. s. ¶ Et sic in effectu videntur velle predicti domini non esse necessarium quod fiat specifica mentio de statu cause. nec ob. dictum domini Jnno. in. d. c. ex literis. dum vult debere fieri specialissimã mentio. quia satis dicitur specialissima mentio fieri si in supplicatione dicatur quomodo lis pender coram alio iudice. Sicut in si
13 mili dicimus quod †ad hoc vt actus rescindatur per actionem quod metus causa. requiritur quod metus sit talis qui posset cadere in hominem cõstantissimum: vt. l. metum. ff. quod metus causa. ⁊ ramẽ glo. ⁊ omnes doctores asserunt sufficere metum cadentem in constantem virum. ⁊ est de hoc tex. in ca. ad audientiam. in ver. cadere in constantem virum. s. quod metus causa. ita ergo videtur dicendum in proposito quamuis dominus Jnnocẽtius dicat fieri debere specialissimam seu expressissimam mẽtionem sufficit si fiat expressa. ¶ Vel aliter potest dici quod debet fieri expressissima mentio priorum literarum. id est de omnibus clausulis notabilibus cõtentis in ipsis vt volunt Abbas in. c. ceterum. in prin cip. s. de rescriptis. ⁊ in ca. cum dilecta. secundo no. eodem titu. ⁊ in. c. pastoralis. §. preterea. col. prima. supra de offi. delega. ⁊ in. d. c. ex literis. in prin. eodem tit. ⁊ in. c. ex conquestione. col. prima. s. de resti. spol. ⁊ in. c. vt debitus. col. iiij. de appel. latius per ipsum in. c. ij. de dolo ⁊ contuma. ¶ Ex quo dicebant An-
14 to. ⁊ Abb. in. d. c. ex conquestione. iij. not. q †si in primis literis est apposita clausula appellatione remota de ea debet fieri mentio in secundis: ad quod bene facit glo. in cap. inter dilectos. in ver. consumptũ s. de fide instrumen. que dicit quod cõsumptio vel abiratio circa clausulam appellatiõe remota vitiat rescriptum quod non faceret si dicta clausula non esset de substantia: vt. c. ex literis. eo. titu. ¶ Ex hoc etiaz infertur quod secunde litere expectative sunt subreptitie etiam si faciant mentionem de prioribꝰ in quibus continetur clausula an referri. nisi de dicta clausula fit facta mentio: hoc est mirabile dictũ Oldr. consil. cccxiiij. incipiente factum tale est: Do-
15 minus noster Papa. ¶ †Que autem dicatur clausula notabilis ad hoc quod de ea debeat fieri mentio in secundis literis relinquitur arbitrio iudicis secundum Abba. in. d. c. ex conquestione. co.
s. de resti. spol. Et de ista specialissima mentione potest intelligi dictum domini Jnnocen. de quo supra. ¶ Vel aliter potest iteligi vt fiat specialissima mẽtio de omnibus principalioribus articulis. vt. d. ca. cum dilecta. supra de rescriptis. vtputa de excepti. vt in. c. in nostra. §. fina. s. de procuratoribus. ⁊ de ordinationibus. vt cap. cum olim. de exceptionibus. ⁊ c. veniens. eodem titulo. item de iudicibus et litigantibus. et de his de quibus agitur: vt no. in dicto capitulo secundo. s. de dolo et contumacia. et tenet Rota in nouis decisionibus. lxvij. incipien. si ponatur. alias est sub titulo de rescrip. sexta in ordine.
¶ Unum tamen nota quod in impetratione literarum
16 in causa appellationis non est †necesse mentionem facere de nominibus iudicũ a quibus fuit appellatum. satis est dicere in genere quod iudices qui- 17
bus fuit causa commissa: tulerunt sententiam. ita tenet Joan. andr. in. c. oblate. de appella. approbat ibi Abb. in princip. dicens hoc esse notabile in practica. Idem tenet ibi Philippus in prin. pro quo est optimus ille textus secundum eum. subdit tamen qõ iudex ad quem bene debet esse certus ⁊ nominatus. vt. l. prima. §. libelli. ff. de appel. ⁊ per glo. in. c. is cui. de offic. deleg. lib. vj. ¶ Cogitrabam si potuisset saluari dictum Andree siculi. in. d. c. ex literis. Dum dicit debere fieri mentionem de statu cause. s. quando esset conclusum in eam. Nam tũc nisi fiat mentio de confessione in cã ⁊ conclusioni derogetur: nõ valet commissio. Jta dicit regula cancellarie Jnno. octaui. xxxvij. que disponit in hec verba. Item statuit et ordinauit quod in commissionibus de iustitis etiam consistorialibus per eum seu de eius mandato vel auctoritate in causis in quibus conclusum existat in posterum concedendis. etiam si de conclusione huiusmodi implicite vel explicite mentio facta fuerit: nihil censeatur esse concessum nisi per confessionem commissionis huiusmodi: conclusioni derogetur expresse quod tene semper menti. Secundo potest saluari eo casu quo impetrantes iudices in causa in qua fuit appellatum. Nam tunc ad hoc quod valeat rescriptum: oportet fieri specificam mentionẽ de app. ⁊ sic de statu cause vt voluit glos. iuncto tex. in. d. c. oblate glo. fi. quam ibi notant omnes. probatur in. c. ex parte. s. de rescript. ⁊ in cap. bone. supra de confir. vti. vel inuti. tenet domi. Jnno. in. c. dilecti filij. in gl. magna in fin. in verticu. non valent litere. s. de maio. ⁊ obe. ⁊ in capitu. primo. de his que fiunt a maio. parte. capit. licet aliud censuerit in capitulo secũdo. de rescri. Idẽ renẽt Hostiẽ. Jo. Abb. Andr. siculus in. d. c. ex literis. s. de offi. dele. ⁊ hoc fiue fit appellatio partis aduerse. vt sentit gl. in. d. c. oblate. cum suis in ea allegatis. siue sit appel. propria vt volũt do. Jnno. in. d. c. dilecti. ⁊ in. d. c. ex literis. ⁊ Joan. de imo. Philippus ⁊ prepositus in. d. c. oblate ad fi. nõ fuerit interposita ad papã vel quẽcunq; aliũ. vt. c. cõcertationi de ap. lib. vj. ⁊ ibi archi. qui dixit hoc procedere etiã in ap. extraiudiciali qõ etiã tenet ibi Joan. ⁊ dñici. Et qõ plus est dicebat do. Jnn. quẽ sequitur Jo. an. in. d. c. ex literis. s. de of. dele. debere fieri mẽtionẽ nõ solũ de ap. fz etiã de causa propter quã fuit appellatũ ante sniam: sed si post sententiã sufficit dicere de ap. absq; exacta mentione primi rescripti vel processus. de quo dicto exclamat Philippus in. d. c. oblate. pe. col. de ap. ¶ Et post multa subdit Jnno. vbi. s. q in literis impetratis super cõmissione app. nõ requiritur tanta solẽnitas vel subtilitas circa expressionẽ vel suppressionẽ veritatis: quãta in aliis. q: considerata natura app. nõ impetratur ad aliũ impugnandũ. sed potiꝰ ad impetrantẽ defendẽdum. vt. c. cum speciali. §. porro. s. de appel. iste enim litere sunt de simplici iustitia. vt. c. accedens. j. de crimi. fal. imo fauorabiles ⁊ ampliande secundum cũ. Et propterea stilus curie habet quod licet impetrẽtur litere super appel. ab interlocutoria satis est exprimere quod fit appellatum a grauaminibus licet cause ipe grauaminis in specie aliter nõ exprimant. quod rene menti secundum philippum in. d. c. oblate. penulti. colum. Unum tamen non omitto †quod licet de appel. debeat fieri mentio vt in iuribus prea allegatis: de his tamen que sunt facta seu innouata post appellationem non est fienda mentio: ⁊ ita rescriptum impetratum non facta mentione de his: valet et tenet. iste est tex. qui sic debet intelligi. in ca. dilecte. s. de exceptio. ⁊ ibi tenent Bofre. Philippꝰ Anto. cardi. Jmo. ⁊ Abb. Ad idem tex. in. c. bone. de confirma. vti. vel inuti, quia ex quo per appel. est a iudice recessum: non tenetur appellans scire quid iudex faciat. et ideo non potest facere mentionem de his que iudex innouauit. merito ergo valebit re-

Universidad de Deusto Biblioteca

scriptum quamuis de illis mentionem non faciat secundum eos.maxime quia attentata post appellationem sunt nulla ipso iure.vt cap.cum contingat §.de officio delega.¶ per totum titulum.ff.nil inno. appellatione pendente.de his autez que nulla sunt non est opus mentionem facere vt infra dicetur ergo ꝛc.ita dicit Andreas siculus in.c.prudentiam.§. fetra.ix.col.de officio delega. Infertur ex hoc quod
18 †de excommunicatione lata post appellationez nō est opus mentionem facere.quod domi.Abbas dicit esse bene notanduz.in.d.c.dilecti.¶ potest esse ratio:qz validitas excommunicationis pendet ab exitu appellationis.vt.c.non solum.de appellatio.lib. vi.¶ illius expressio non subtraxisset vel retardasset principem a concessione rescripti.vt.c.cum inter. ¶.c.fi.de excep.¶ ita cessat omnis subreptio.vt.c.su
19 per literis.§.de rescript. ¶ †Quatuor tamen sunt casus aut quinq; in quibus valet impetratio postq̄ fuit appellatum quamuis de appellatione non fiat mentio quos ponunt doctores signanter Philipp. ¶ Decius in.d.cap.oblate.ad finem.§.de appel la.quos per te videas. ¶ Limitabis tamen istum textum ¶ predicta:vt in secundis literis debeat fieri mentio de processu ¶ litis pendentia vt procedat de equitate canonica secundum quod potest impetrari rescriptum:¶ delegatus etiam lite pēdente coram ordinario licet ordinarius in nulla sit negligentia vel culpa dummodo fiat mentio de litis pendētia coram eo.vt hic ¶ in iuribus supra allegatis:¶ tenet Specu.in titu.de rescripti presentatione.§.ratione autem cause.in princip.¶ glo.in clemen.secunda in ver.innouari.vt lite pendente.secus tamen esset
21 de iure ciuili secundum quod non valet rescriptum lite pendente impetratum ad iudicem extraordinarium seu delegatum nisi ordinarius requisitus deneget facere iustitiam.vt autētica de mādatis principum.§.¶ non permittas.¶ in auten.vt differentes iudices.§.si vero.per que iura ita firmat Baldus in.l secunda.prope finē.C. vt lite pendente. Refert ¶ sequitur vitalis in libro clausularum in clausula nil nouari lite penden.in prin.¶ Philippus in dicto cap.vt nostruz.tricesima quinta colum.supra de appellationibus.¶ Feli.in dicto capitulo super literis. xiij.columna.supra de rescriptis. ¶ Limita secun-
20 do istum textum et predicta vt debeat fieri † mentio de processu ¶ litis pendenr.nisi causa super qua fit commissio sit matrimonialis. Nam tunc quauis de processu et litis penden.non fiat mentio in rescripto valet tamen rescriptum:ita tenet Hostien.¶ Joan.Andr.in capitulo tenor.supra de regulis iuris.in verficulo literas.et ibi etiam Anto.prima columna. per illum textum tenet etiam Lapus allegatione.lxxxix.incipiente in Dei nomine.et capitulo factum super quo.in sexta columna.verficulo tamen si impetro.idem firmat Andreas sicul.in dicto capitulo prudentiam.§.vj.colum.¶ consilio.xlv.colum.ij.ver sicul.sed ad ista.in secunda parte.adducens multa alia specialia introducta in fauorem matrimonij.q̄ etiam ponit Felin.in rubrica de spon.ratio est quia 22
ex quo talis sentētia super matrimonio non transit in rem iudicatam:licet mentionem nō fecisset de appel.nihilominus literas obtinuisset secundum eos.

Istud tamen ego intelligerem verum quando lata esset sentētia in cā matrimoniali et ita ppie loquit textus in dicto capitulo tenor. ¶ sic eum ponderat ibi dominus Lardi.secus si nondum esset lata sententia: sed adhuc pendet processus coram prioribus iudicibus. Nam cum tunc ster ratio propter quam debet fieri mentio de processu scilicet iniuria ¶ verecundia priorum iudicum de qua superius dixi non video rationem ispecialitatis in causa matrimoniali. nec est dicendum Roma.pontifi.in causis matrimonialibus de facili concedere secundas literas reuocatorias priorum iudicum coram quib⁹ causa pender.argumen l.vbi ceptum.ff.de iudicijs. ¶ Et quod plus est posset attentari iudicio meo in
23 distincte:quod eo casu quo lata fuit sentētia in causa matrimoniali in fauorem matrimonij et sic contra illum qui matrimonium impugnabat:si nullum subest impedimentum. et impetrarentur litere ad alios iudices: oporteret fieri mentionem de processu priorum iudicum.mouetur quia cum talis sententia trāseat in rem iudicatā si ab ea nō appelletur vt voluit glo.fi.in.c.latores.§.de reg.iur.¶ ibi tenēt oēs: ¶ sic per cōsequēs cessat motiuū doctorū dicentium illud cōtingere ex eo q̄ sententia non trāsit in rē iudicatam. ¶ Idē dicerē eo casu quo fuit lata sentētia separationis thori.nā ista sententia eodē modo transit in rem iudicatā vt late firmat Abb.in.d.c.latores.in fi.quem videas per te.de quo latius per Fely.ibi.vj.col.versi.octaua declaratio. ¶ Idē posset dici in alijs casibus in quibus sentētia in causa matrimoniali tranfit in rem iudicatam de quibus ibi
21 per Fely.post alios. ¶ Et eadem † ratione idem dicendum in causa matrimonij spiritualis in qua sententia transit in rem iudicatā.text.in.c.cū dilecti.in fin.de elec.glos.j.in fin.in.c.j.de concess. preben. Hostien.in summa titu.de appel.§.quot sunt species.v. col.ver.sed nunquid est hoc simpliciter.dominicus in.c.ordinarij.§.j.in fin.ff.de offi.ordi.lib.vj.Abb.in c.cū bertol col.xij.ver.ex hac lectura habes.§.de restitu.¶ in.c.conquerente.ij.col.de resti.spo.de quo late ¶ singulariter per Fely.in.d.c.latores.vij.col.ver.de cima ¶ aurea declaratio. ¶ Limita tertio istū textum ¶ predicta vt in secundo rescripto seu cōmissione debeat fieri mentio de litis pendentia quando noua commissio emanauit superdeducta in lite: secus si concernat futura etiam eiusdem materie. Nam tūc quamuis in secunda impetratione seu commissione non fiat mentio de litis pendentia:non nocebit.vt puta si stante lite de fructibus beneficij in absentia male perceptis:valebit impetratio super percipiendis licet taceatur de litis pendentia.ita consuluit dominus Abb.consil.xcviij.incipien.iesu christi.in causa ¶ questione.motus principaliter quia iudex qui cognoscebat de fructibus male perceptis non poterat se intromittere de percipiendis.quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem vt.c. romana.§.caueat.de sententia excommunicatio.libro.vj.¶ quod ibi not.glo. ¶ Ad idem tex.no.in.l.si.
22 §.fina.ff.de vsuris.vbi dicitur quod licet † debitor sub vsuris sit in mora de presenti ¶ sic presentes vsure debeantur secundum.l.ciuilem: non tamen propter moram de presenti:possunt peti vsure pro tem

pore futuro:pro quo non potest debitor adhuc dici in mora. Unde ita dicendum in casu nostro cuz prima commissio facta fuerit super fructib⁹ perceptis solummodo non impedit quo minus possit impetrari alia commissio super percipiendis: etiam non facta mentione de litis pendentia. Cum per istam secundam commissionem in nullo preiudicetur litis pendentie.quia ista sunt separata ¶ ex separatis nō fit illatio,vt.c.secundo.supra de translationibus.prelato.¶.l.nec natales.C.de probationibus.¶.l.si maritus.la prima.C.isto titulo. ¶ Optime facit quod voluit Rota in nouis.decisione.cccx.alias est sub titu.de rescriptis.rro.incipiente item si reus ¶ possessor.vltra medium ibi si dicatur.vbi dicitur qđ non vitiatur impetratio ex taciturnitate iuris quod in
23 beneficio potuisset aduersarius in futurum consequi si ego non impetrassem. Jura enim que volunt fieri debere mentionem de prioribus literis ¶ de processu vigore illarum facto.loquuntur quando secūda commissio vel rescriptum impetratur super eodem casu vt dicit textus in cap.ceterum.supra de rescriptis. Si autem non fit in eadem causa quamuis sit eadem materia:non nocet taciturnitas priorum literarum ¶ litis pendentie:vt expresse tenet ibi Johannes andreas dicens quod si aliquis narrauit se in renuntiatione circumuentum ¶ Titium sibi symoniace subrogatuz:¶ obtinuit sibi prouideri si ita est:deinde citius impetrat contra ipsum super reuocanda prouisione illi facta:quod non est eadez causa sed bene eadem materia. Et per hoc sentit quod sufficiat facere mentionem prouisionis facte.licet de causa vel processu nihil fuerit dictum:vnde ad propositum nostrum si prima commissio fiat super vna causa ¶ iudices quibus causa committitur procedant:si ex postfacto impetretur alia commissio ad alios iudices.non super eadem causa sed super eadem materia:valebit quamuis non fuerit dictum
24 de litis pendentia. ¶ Nec est mirandum de hoc:qz cum commissio limitata sit ad certam causam limitatum debet parere effectum:vt.l in agris.ff.de acquirendo rerum dominio.gloss.in cap.cum ordinē. supra de rescriptis.que singulariter voluit quod limitata causa priuilegij:facit priuilegium non posse trahi extra limites suos. Ad idem bonus tertus in l.edicta.§.et hoc edicto.ff.naute caupones stabularij.vbi nauta tenetur quando recipit vt nauta.sec⁹ si vt amicus vel vicin⁹. ¶ Et propterea dicebat Bartolus in.l aut facta.§.primo.ff.de pe.quod pena apposita in instrumento pacis offendenti me vel mihi adherentis:intelligitur de offensa ex inimicitia tūc sopita:secus si oriatur noua causa iniurie. Idez firmat Bartolus in disputatiōe Lucane clusitatis.primo dubio. Et Anchara.in cap.nulli.de electionib⁹. libro sexto.¶ Abba.in cap.bone.el primo.colum.iij. 25
de electionibus.¶ in cap.primo.de treug.¶ pace.colum.secunda.¶ in cap.quemadmodum.supra de iureiuran.prima col.¶ multi alij quos refert Felin.in dicto.c.cum ordinem.co.viij.vbi ponit multa alia similia. ¶ Limita quarto vt debeat fieri mentio de processu priorum iudicū vbi processus esset validus: secus si esset nullus secundum Andream sicu.in d. cap.prudentiam.§.sexto.col.nona.§.de officio dele
ga.per textum in dicto cap.tenor.supra de re iudicata.vbi lata sententia in causa matrimoniali contra illam mulierem:illa impetrauit literas ad alios iudices non facta mentione processus facti coram primis:¶ nihilominus valuerunt ille litere.¶ ratio est secundum doctores quia ibi prerendebatur illa sententia nulla. ¶ Et quamuis Andreas siculus non dicat pro eius dicto est textus singu.in Decreta.nostra secundum intellectum Hostien.in versi. idonee quam approbat ¶ commendat dominus Abbas. Nam hic sententia consulum erat nulla: quia obligabat istum Ben.pauperem ad prestandum cautionem idoneam.i.pignora vel fideiussores.qđ ipse Henri.erat impossibile:¶ ideo tanquam continens impossibile erat nulla.quia† impossibiliuz nulla est obligatio vt regula impossibilium.ff.de regulis iuris.¶ regula.nemo potest.eodem titul.libro sexto.et l.fina.C.que sententie sine appella.rescind.¶ capitu. Odoardus.de solutionibus. Et ideo non fuit opus de ea mentionem facere. ¶ Item ex alia causa sententia consulum fuit nulla:quia in ea dicebatur qđ deberet dare idoneam cautionem ¶ sic pignora vel fideiussores de dote reddenda. dare autem talem cautionem:est prohibitum a iure.vt.l.secunda.C.ne fideiussores dotium dentur.¶ ob hoc etiam fuit nulla.l.si expressim.C.quando prouocare non est necesse.¶ capi.j.de re iudica. ¶ Facit ad predicta glo. in c.ex tenore.de rescrip.¶ in ca.in nostra.glo.j.ad finez eodem titu.¶ in.c.cum nostris.in verfic.de facto, de concess.preben.¶ in.c.suggestum.in verficu.posteri⁹. §.de iure patro.in regu.non prestat.de regul.iuris. libro sexto.que glo.dicunt valere secundas literas non facientes mentionem de primis que erant nulle.quas glos.ad hoc propositum commendauit Abbas in presenti.iij.col.in fine.¶ in cap.oblate.colum. secunda.supra de appellationibus.vbi est bonus rextus cōmēdat etiā illas Jud.cōsi.cclxxxiij.pe.col.
24 incip.saluatoris.inferēs ex eis q† valet cōfirmatio electionis nō facta mētione de prouisione alteri nul liter facta. ¶ Ex hocetiam dicebat Calder.titu. de rescrip.consilio.xliij.non censeri subreptitiam impetrationem alicuius dignitatis a Papa factam non facta mentione electionis ad dignitatem illaz nul liter facte. ¶ Hinc est etiam quod valet rescriptuz cōmittens cām finitā per sniam qñ snia nō tenuit iz de ipa nō sit facta mētio:qz talis snia q̄ nulla est:nō dicit habere nomen sententie:vt.l.iij.§.condemnatum.¶.l.si cū nulla.ff.de re iud.ita dixit Alexā.cōsi. xcv.in fi.in.ij.volu.incipiente visis processibus.¶ q̄ vis ille non alleget hic est tex. optimus fm intellectum Host.de quo.§. ¶ Et per hoc datur notabilis limitatio ad tex.in.l.fin.C.vt lit.penden.¶ qđ ibi not. Pau.de cast.vbi dicitur quod non potest quis
25 †impetrare rescriptum vt retractetur sententia que transiit in rem iudicaram:imo ex sola supplicatione incurrit infamiam. Et sic si produceretur in testem:posset sibi obiici quod non esset habilis quod est menti tenendum fm Pau.qz posset facere honorem si casus occurreret.cum pauci sint qui aduertant ¶ sciant de hoc excipere.istud enim debet intelligi quando sententia esset valida:secus si nulla per sup:adicta. [An aūt si impetrata a rege cōmissio sup

remissione sententie que trāsiuit in rem iudica. pōt reuiderī non obstante lapsu rei iudicate. vide Jas. in.l.iustitia.ff.de iustitia ꝛ iure. ¶Ex istis infert ꝙ
26 litere †impetrate post appellationē nulla bene valent quamuis de appellatione non fit facta mētio ſm Bald.in.l.j.C.si contra ius vel vtili.pub. vnde si appellatio quouis modo nō subsisteret vel esset deserta vel tacite vel expresse illi fuisset renuntiatū valeret impetratio: quamuis de ea nulla fieret mētio. est de hoc tex.in.c.ex parte.s̄.de rescriptis.ꝛ ibi glo.ij.ꝛ Jo.de imo.in vltima charta.ꝛ Philipp⁹ in d.c oblate.penul.col.ver.iij.limita.ꝛ ibi Prepositꝰ in fi. idem dicit Philippus si esset casus in quo non posset appellari. Valeret em impetratio non facta
27 mentione de tali appellatione. q: †traciturnitas nō pitiat rescriptuz in eo quod si fuisset expressum fuisset eque concessum: vt.d.l.prima.C.si contra ius vel vtilita.publi.ꝛ.c.super literis.s̄.de rescriptis. vt ibi latius per Philippum. ¶Ex istis etiam infert qđ si ego possideo vnum beneficium: tu impetras illud nulliter a Papa: quia forte non es capax: ꝛ tacuisti defectum a processu executorum contra me in fauorem tuum ego appello. ecce quod cum nullum ius habeas ego appello ꝛ impetro postea a Papa mihi denuo prouideri de illo beneficio. non expressi de appellatione valebit tamen impetratio: q: si Pape expressissem quod nullum ius haberes ꝛ propterea appellaui ab executoribus: dedisset omnino easdez literas quas impetraui. Argumen. c. postulasti. s̄. de rescrip. ita tenent dñi de Rota decisi. cccx. in nouis. al's est sub titu. de rescriptis. xxv. quam referunt et approbant Philippus in. d. c. oblate. co. antepenul. versi. primo limita. ꝛ ibi Prepositus fi. col. versi. ista
28 regula. ¶†Ex istis etiam infertur quod cum attē- 33 tata post appellationem sint nulla: non est necesse de eis mentionem facere in secundis literis vt. s̄. dictum est in isto notabi. ver. vnum tamen non obmitto. ¶Ad ista bene facit tex. ꝛ quod ibi not Bartol⁹ in.l.qui accusatus.ff.de adulteriis. vbi dicitur qđ
29 †libellus inualidus non interrūpit prescriptionez. ¶Facit etiam glo.in.c.vt debitus. s̄. de appel. ꝛ in l.si pater. C. ne de ista. defunc. que dicunt quod litis contestatio nulla vt est illa que fit coram non suo iudice: non inducit interruptionem prescriptionis. Ad idem facit quod voluit Bullielmus de cuneo in.l.eū qui in ſpincip. ff. de constitu. pe. vbi dicit quod litis
30 †contestatio inualida non obstat exceptioni dilatorie: ꝛ ita quamuis litis contestatio sit terminus exclusiuus dilatoriarum. vt. c. pastoralis. s̄. de excepti. cum concordantijs. debet intelligi de litis contestatione valida. ¶Ad idem facit quod not. glos. in ca. cum plures. in verbo qui potes. de offic. deleg. libr.
31 vj. que dicit †quod per actum seu citationem nullā non perpetuatur iurisditio quam glo. ad hoc cōmēdat Abbas. in. c. venerabili. ñ. col. s̄. de offi. delega. ꝛ ibi Andreas sicu. vj. col. ꝛ Ludo. singula. cxlix. inci. Glo. ordinaria. pro qua glo. allego tex. in. c. proposuisti. s̄. de foro competē. ibi a te legitime citatus: ꝛ sic
32 vult tex. quod ad hoc quod †citatio habeat effectū oportet quod sit legitima ꝛ valida. Et idem voluit Gloss. finalis. iuncto textu in cap. bone. el secundo. s̄. de electionibus. ꝛ glo. si in. l. accusatoribus. C. de accusationibus. quam sequitur Bald. in capi. quoniam contra. s̄. de probationibus. vij. col. in princi. ꝛ in. c. in nomine domini. quarto no. s̄. de testibus. no. Archi. in. c. non ita. ij. q. vj. Ange. in. l. si quis postea: ff. de iudicijs. ex quibus omnibus ꝛ multis alijs q̄ diligens indagator poterit reperire satis est roborata ista limitatio. ¶Limita quinto istum text. ꝛ predicta quando ille qui opponit exceptionem litis pēden. stetit pro ea. secus si illam impugnaret opponendo cōtra primū iudicem dicendo quod nō erat eius iudex competens. nam tunc valeret rescriptuz impetratum ad secundos iudices non facta mētione de litis pendentia. ita consuluit Anchara. consil. xvj. incipiente in Christi. visto processu. q: ex eo quod quis impugnat non debet commodum consequi vt regula ex eo. de reg. iur. lib. vj. cum concor. ꝛ ibi per Dy. ꝛ per Bar. in. l. post legatum. ff. de his quib⁹ vt indign. in princ. ¶Et ita ex quo ille qui opponit de subiectione litis pendentie eandem litem pendentē impugnabat: non debet ex ea commodum consequi vt dicebat Anchara. in dicto consil. quod intelligit ipse verum quando iam finita esset controuersia inter partes super dicta impugnatione. Secus si ad huc penderet. Nam tunc bene potuisset impugnās ea se iuuare. argu. l. que diximus. in princip. de excusa. tuto. vbi dicitur quod pendente appel. super excusatione tertie tutele si ille eligatur ad quartam: potest se excusare ex illa quam impugnat. bene facit ad hoc quod not. voluit Compostellanus in ca. capitulum. s̄. de rescriptis. ꝛ sequitur ibi Abb in finalibus verbis. vbi dicit quod ex eo quod quis impugnat potest se fundare pendēte impugnatione. Ratio est secundum eos: quia †euentus litis est dubius: vt. l. quod debetur. ff. de pecu. vnde si non posset se fundare ex materia impugnata: posset seq̄ qđ si succumberet in impugnatione: grauaretur in duplum seu dupliciter. Et ista est noua limitatio ad. d. regulam ex eo. secundum Abbatem. vbi supra. Idē ergo dicerem quando lis esset finita super impugnatione primi iudicis in qua impugnans succubuit. Nam tunc nihilominus potuisset opponere de taciturnitate litis pendentie. ¶Ad hoc moneo: per illud quod voluit Baldus in. l. prima. iij. col. verfic. quid dices. C. de falsa causa adiecta lega. vbi dicit testator confessus fuit recepisse a me mutuo centuz que mihi legauit: egi ex mutuo: ꝛ quia non potui probare mutuum naturale: succubui: licet possim post ea agere ex legato. nec obstat quod primo visus fuerim tacite confiteri legatum non valere. vt. l. si credi tori. de legatis primo. ꝛ l. si petitor. ff. de liberis legatis. quia dicendum quod licitum est mihi recedere ab illa tacita confessione propter illam contrariam sententiam. vt notat Innocentius in capi. mulieri. supra de iureiurando. quod est notandum secundū Baldum vbi supra. Sic ergo dicamus in casu nostro. ¶Ad idem facit quod notanter voluit Bartolus in dicta. l. post legatum. quarta colum. versicu. certe vltimum dictum. ff. de his quibus vt indi. vbi dixit qđ ex eo qđ quis impugnat: si succubuerit in impugnatiōe: pōt se fundare. ar. l. aureli⁹. ¶. fi. de

libe. lega. nec obst. fm eum. l. papinianus. ¶. memi-
34 nisse. ff. de inoff. testa. dum dicit quod †ille qui impugnat instrumentū de falso. si perstitit vsq̄ ad sentē- 36
tiam: perdit commodū quod habiturus erat ex testamento: q: illud est speciale in instrumentis pertinentibus ad vltimas voluntates. vt ibi latius per Barto. quem videas. Vide etiam per Alexan. in. l. qui Rome. ¶ seya. ff. de verbo. obli. ¶Reperio tamen quod. d. Anto. in. c. cum olim. de censibus. ꝛ colum. ver. forte dictum Barto. videt sentire contrarium. dum impugnat dictum Bar. de quo. s̄. dicēs quod si ageremus ne pena indignitatis seu de priuatione commodi instrumenti propter indignitatē ꝛ sic de mera pena in odium impugnantis: tūc bar to. diceret verum quod rex. in. d. l. meminisse. imponens penam indignitatis: procedit soluz in casu suo sed hoc est alia causa priuandi quam causa commodi instrumenti. ꝛ agitur necdum de odio impugnātis: sed etiam de commodo illius contra quem facta est impugnatio. cuius respectu ista impugnatio inducit tacitam renuntiationem vt est casus in dicto ca. cum olim. Si ergo persistit in reprobando instrumentum vsq̄ ad sententiam: ꝛ succubuit videtur renuntiare commodo instrumenti: que renūtiatio etiam in diuersa instātia debet sibi nocere qua propter dicit do. Anto. posse dici prima facie quod si variatur instantia inter alias personas: iste possit vti hoc instrumento: quia renuntiatio facta absente parte: non preiudicat adeo vt in alia instantia nō possit inter easdem personas vti instrumento impu 38
gnato fm Anto. vbi. s̄. ¶Ego tamen crederem dictum Bart. ꝛ ea que. s̄. dixi fore vera. s. quod si impugnans succubuit in impugnatione: poterit se iuuare ꝛ fundare ex eo quod prius impugnauit. Primo per ea que postea subdit domi. Anto in. d. capi. cum olim. dum dicit quod ille qui impugnat instrumentum. videtur renuntiare vtili instrumenti respectu illius instantie. quia iste tacite renuntiationes nunquam referuntur ad aliam instantiam: sed ad illam tantum. ꝛ dicit hoc esse notabile dictū Innoc. in. c. cum venissent. in fi. s̄. de testi. ista autez ratio ita concludit inter easdem personas: sicut inter diuersas. Et ita videt q̄ ista tacita renuntiatio que resultat ex ista impugnatione litis pen. vel instrumenti: vel rescripti: non se extendit ad aliam instantiā: etiā inter easdez personas. ¶Bene facit ad hoc quod
35 in simili no. Abb. post Card. in. c. post translationez s̄. de officio lega. vbi dicit quod † consuetudo non 39
extenditur de vno casu ad alium. ¶Ex quo dicebat Inno. in. c. in literis. s̄. de testi. spo. quem refert ꝛ sequitur Abb. in. c. cum venissent. pe. col. titu. qđ si consuetudo est quod per installationem factam in certa sede acquiratur quasi possessio iurium episcopalis vel archidiaconalis: vel alterius dignitatis: si installatio fiat in alia sede quam deputata p consuetudinem non transfertur possessio: quod dictum est bene notandum secundum Abbatem vbi supra. ꝛ ego alias vidi in practica. ¶Ex hoc etiaz dicebat Joann. de ligniano in. c. cum olim. de prescriptio. ꝛ sequitur ibi Anchara. quod si aliquis ex consuetudine prescripſit ius visitandi per seipsum non poterit postea visitare per vicarium suuz. ¶Et propterea dicit Innocen. in. c. dilecto. s̄. de offic. archidi. quod † prescripta potestate absoluendi nō videtur prescripta potestas excommunicandi. ad qđ bene facit textus in. d. c. olim. de prescriptio. per quē dicit ibi Abb. quod prescripta potestate excommunicandi non videtur prescripta potestas absoluendi ꝛ iuxta hoc vide Andre. sicu. in. d. ca. quod translationem. xix. col. ¶Bene facit ad predicta quod voluit Barto. in aur. qui rem. in fi. C. de sacrosanct. eccle. vbi dixit quod si res ecclesie est cōsueta dari in emphyteusim vsq̄ ad tertiam generationez masculinam ꝛ femininam. vel consueuit dari in emphyteusim tempozalem: ꝛ concessit in perpetuam. talis cōtractus non valet: quia consuetudo non extenditur vltra id quod agitur: vt. l. prima. ¶. iij. ff. de itine. ac. priuatis. ¶Et potest esse ratio quia consuetudo habet consensum tacitum: vt. l. de quibus. ff. de legib⁹. tenet Abbas in cap fina. j. eodem. v. nota. Consensus autem tacitus in vno actu: non extenditur ad alium actum. vt est glossa aurea in clementina sepe. prope finem. in verbo partibus. in fi. ff. de verborum
37 significa. que dicit quod si †de tacito consensu partium in causa summaria iudex cepit seruare ordinē iudiciarium quamuis actus quos fecit valeant: qđ ad alios tamen actus poterunt contradicere: quia licet sibi preiudicauerint quo ad aliquos actus: nō tamen quo ad reliquos id facere tenentur. quā glo. multum commendat ibi Abbas in recollectis. fin. col. inferens ex ea quod † si vno actu quis comparuit ad locum non tutum. non sequitur quin in alijs possit locum illum declinare. per illam glos. de qua etiam facit solenne festum idem Abb. in. c. si ꝙs contra clericum. xiij. col. ver. sed circa predicta. supra de foro compe. ꝛ in. c. quoniam contra falsam. fi. col. s̄. de probatio. ꝛ in. c. presentium. iiij. col. de testib. pau. de castro consi. xxv. v. colum. dicens per illam quod actus seu voluntas tacitus vel tacita: non sic lare sunt interpretandi vel extendendi: sicut expressi. ita ergo in casu nostro quamuis illa tacita renuntiatio que resultat ex impugnatione litis penden. noceat quo ad illam instantiam: non tamen nocebit quo ad aliam que de nouo inchoatur etiam inter easdem personas. Et ita bene poterit impugnans qui succūbit se iuuare ex illa litispendentia quam prius impugnauit ex quo in dicta impugnatione succubuit.
¶Item ista tacita renuntiatio super qua se fundat dominus Antonius: non † potest plus operari quaz vna expressa confessio. ꝛ hoc nemo negabit. Si certe confessio expresse facta etiam parte presente non tamen acceptante: non nocet: ergo nec ista tacita renuntiatio: que non fuit ab aliquo acceptata. imo potius impugnata. ꝛ quod in confessione vltra presentiam requiratur acceptatio: no. Jlate Salice. in. l. generaliter. in. vj. questione. C. de non nume. pecu. vbi refert se sepius consuluisse ꝛ ita tenuisse Richar. de Sali. ꝛ probatur per. l. fina. ff. de interrogato. actio. dicitur enim confessio quasi simul fassio qz vterque debet loqui. tam ille qui confitetur: q̄m ille qui confessionem acceptat. Idem tenenet Salice. in. l. vnica. xv. oppo. C. de confessis. ꝛ in. l. iubemus. C. de li-

bera. causa. dicens non sufficere quod testes dicant confessionem esse factam parte presente nisi dicant ꝛ ea instante ꝛ petente ꝛ confessionem acceptante. ¶ Nec predictis obstat ter. ꝛ quod ibi voluit Abbas Inno. in. c. fin. §. de. succes. ab intesta. vbi ꝑ dē ratur sola presentia partis in cuius fauorem emanauit confessio: quoniam ad illum ter. potest respōderi altero de quatuor modis: quos in alio proposito posuit Salice. in. l. in bonefidei. vj. col. verſic. vj. exemplum. C. de rebus creditis. vbi inter alia dicit quod ibi confessio facta fuit ad instantiam Abba. ¶ Vel loquitur in confessione facta in extremis vite ob causam mortis speraram ideo maioris est efficacie: q; tunc non creditur ob aliam causam sic fateri. ¶ Et si diceres ista procedunt in confessione extra iudiciali. Sed in iudiciali iudex ꝛ supplet vicem partis absentis. vt per Anto. in. c fin. de cōfessis. viij. col. versi. requiritur quinto. ꝛ ibi Abba. vij. col. post Joan. and. tit. de confessis §. sequit. ver. vij. in additionic us ad Specu. potest responderi quod quem admodum in confessione extraiudiciali requiritur presentia ꝛ acceptatio partis sic in iudiciali: vt videtur velle Sali. in. d. l. generaliter. ver. sed dominus ꝛ patruus meus: idem sentit ille in. d. l. iubemus. C. de libe. causa. dum dicit cautelam esse quod quando quis confitetur parte presente scribatur in actis parte presente ꝛ acceptāte ꝛ sic videtur loqui in cōfessione iudiciali tantum. q; Sali. in. d. l. generaliter primo videtur ponere aliquid speciale in confessione iudiciali ideo non est credendum quod referendo opiniones Ricardi: voluerit recedere ab illa specialitate. ꝛ ideo non videtur ista bona respōsio. Unde potest aliter responderi quod illud quod dicitur in confessione iudiciali: iudex supplet vicem partis absentis: intelligatur in confessione expressa. secus in tacita. de qua noster est sermo. qui non debet ita late extendi nec interpretari sicut expressa vt. §. dictum est. ¶ Vel aliter potest dici quod licet iudex supplear vicem partis absentis: non tamen partis acceptantis. vnde est necessarium quod iudex ostēdat se velle recipere confessionem nomine partis absentis ꝛ ei acquirere: vt expresse voluit Salic. in d. l. generaliter. vj. q. Ista autem acceptatio in casu 1
nostro non fit per iudicem nec per partem: ergo nō habet nocere tacite confitenti impugnando dictas 2
litis pendentiā. ¶ Presertim cum ista impugnatio et tacita renuntiatio: nunquam fuerit approbata 3
ab aduersario: imo potius contradicta replicando super validitate priorum iudicū: ꝛ super hoc obtinuit ad hoc q̄ no. Bal in l. ij. not. ij. C. de repud. he 5
41 redi. vbi per illum ter. dicit quod †qui nō acceptat 6
verba aduersarij: nō potest se ex eis fundare. Et idē si dissimulat secundum eum quod dicit bene notādum. ¶ Adidem facit illa glos. singularis in. c cuz 8
veniissent. in versi. coram eo. §. de eo qui mit. in poss. 9
42 causa rei seruan. que probat quod †actus gest⁹ per partem in iudicio nunquam nocet: si nō fuit ab alia parte acceptatus: sed impugnatus. vnde dicit q̄ō 10
43 †comparens coā iudice a quo appellauit: ꝛ faciēs aliqueu actum coram eo non per hoc videtur appellationi renuntiare: ex quo ille actus non fuit per aduersarium acceptatus: quam glo. multum commendat ibi Abbas in secunda col. ꝛ in. c. gratum. §. col. §. de offi. deleg. ꝛ consi. ij. fin. col. in. j. volu. ꝛ Ludo. in singulari. clj. incipiē. appellans. ꝛ in singulari dccxcv. incipi. regula est. Et per hoc datur singula. limitatio ad. d. c. gratū. ꝛ ad. c. sollicitudinē. de app. ꝛ ad alia iura que dicunt quod pera cū contrarius renuntiat quis appel. vt intelligantur quomodo ille actus fuit acceptatus per aduersarium. alias limitationes ponit Ludo. in dicto singul. dccxcv. q̄s per te videas. ¶ Que quidez acceptatio debet fieri in specie vt eleganter voluit Bal. in. l. cum pretiū. C. de libe. cau. de quo facit magnum festum Angelus de are. in Rubr. de excep. inst. xlj. col. versi. sexto est videndum. nec sufficeret sim eum acceptare in genere dicendo: accepto in parte vel partibus prome facientibus. quod est menti tenendum ad intellectum ꝛ limitationem predictorum: ad quod bene facit in simili glo. no. in. l. j. §. editiones. de edendo. q̄ dicit non prodesse ei qui producit instrumentuz si dicat quatenus facit pro me ꝛc. Ex quibus omnibus concluditur ista limitatio quod licet quis a principio impugnauerit litispenden. in qua succubuit: potest contra rescriptum opponere de taciturnitate litis pendentie. ¶ Possumus sexto limitare istum tertium. ꝛ predicta vt in secunda cōmissione debeat fieri mentio de processu ꝛc. nisi quando mēro processus vel appel. nihil esset impeditura. vtputa si impetrauit vt in curia committeretur alicui auditori omnis causa quam contra te habeo vel habere intendo ex tali vel tali causa: cum potestate citandi in curia ꝛ in partibus quamuis aliter de processu cause in qua appellaui mentionē non faciam: virtute istius commissionis potero coram tali auditore causaz appella. prosequi: quia ex quo causa appellationis venit ad curiā tractanda: nullū preiudiciū fit appellationi. ideo si de ea taceatur: nō videtur dēcisio dñorū de Rota in nouis. cccliij. incipitē si cōmittit. quā referunt ꝛ sequunt Philip. ꝛ Pe. post. in. d. c. oblate. ad fi. §. de appel. Et hec sufficiat quo ad istud notabile: quamuis multa alia breuitatis causa omittantur.

☞ Cōsuetudo q̄ō maritꝰ det fideiussorem pro restituenda dote ex cā legitima an valeat.

1 Consuetudo semel a iure damnata an possit iterum introduci.

2 Ex varietate tēporū variant statuta ꝛ cōsuetudines.

3 Pro dote conseruanda ꝛ restituenda an possint fideiussores interuenire.

4 Exigere est ab inuito extorquere.

5 Tutor testamentarius non tenetur satisdare: si tñ satisdat tenet satisdatio.

6 Pactū. l. cōmissorie est reprobatum in pignoribus.

7 Rubrica an ꝛ qñ possit allegari pro lege.

8 Uxor si petat dotē a marito vergēte ad inopiā si ille pstet fideiussores vel aliā cautionē idoneā de dote seruāda ꝛ restituenda cuitabit restitōnem dotis.

9 Fideiussores possunt interuenire quando dans dotem est extraneus.

10 Curator qui non gessit potest petere quod gerens prius conueniatur suo periculo.

11 Jurainentum, quādo potest seruari sine interitu salutis eterne saluandum est.

12 Pignora an possint interuenire pro dote.

13 Pro dote conseruanda vel restituenda ex parte viri vel soceri non possunt fideiussores interuenire.

Quinto cum dicit ter. mandamus quatenus dotem assignari faciatis sub ea quam potest cautione prestare. Dicunt Lacretus ꝛ Uincentius q̄ iste ter. procedit ex consuetudine loci que habebat quod si maritus vergebat ad inopiam debebat dare fideiussores vel pignus pro dote restituenda. Et certe hoc bene apparet ex antiq̄: que dicit q̄ tam consules quam iudices delegati p nuntiauerunt teneri sm terre consuetudinem. ꝛ iste intellectus verus est in se stante causa legitima. put in casu nostro stabat. s. inopia viri. Et ex hoc infert †quod valet cōsuetudo quod maritus prestet fideiussorem pro dote restituenda stāte causa legitima. Et ita quamuis ante hanc decretalem damnata fuit consuetudo que habebat quod pro dote restituenda darentur fideiussores: vt. l. prima. C. ne fid. do. den. sed nihilominus toleratur consuetudo post ea introducta. ¶ Et sm istum intellectum habes hic ter. valde singularem pro glo. que ab omnibus not. reputatur. in clemen. statutum. in verſicul. consuetudine. de electionibus. que voluit quod cōsuetudo [semel a iure damnata: potest iterum introduci: idem voluit Dynus in. l. undum. C. de contrahen. empti. fuit de mente Barto. in. l. cunctos populos. C. de summa trini. ꝛ fide catho. vij. col. circa intellectum. l. fi. C. de testa. ꝛ etiam sentit in. l. de quibus. ff. de legibus. in lectura antiqua. ꝛ in. l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iure. in. iij. q. principali est ter. in capi. constitutus. §. de in integ. restitu. iuncta. d. l. duduz. C. de contrahen. emptio. nam cōsuetudo que reprobatur per. d. l. dubium. postea fuit introducta ꝛ approbata per. d. c. constitutus. de quo tamen q̄ non est presentis speculationis dicendum vt per doctores in locis. §. allega. ꝛ per Abba. in. c. fi. in fi. §. de cōsue. ꝛ in. c. ij. de proba. ꝛ ibi Franci. de aretio. xliij. co. per glos. in ver. expresse in. c. j. de cōsti. li. vj. et ibi doctores per Bald. nouellū in trac. de. dote. vj. parte. xxj. principallegio. co. antepeñ. qui dicit hoc debere intelligi quando lex expresse derogat consuetudini preterite propter aliquā irrationabilitatem quam tunc temporis continebat que tamen postea non durauit: et tunc potest noua consuetudo introduci. secus tamē si durabat vel habebat perpetuam causam: et tunc non potest introduci secundum Baldum in dicta lege dudum. C. de contrahend. emptioni. et in autenti ca omnes peregrini. C. communia de successionib. ADDJ Vide bonum tertium in capitulo quāq̄. §. volentes. de censibus. libro. vj. vbi reprobatur cōsuetudo antea introducta. de quo feci mentionem in. §. quodante. de peni. ꝛ rem. in versi. sequitur in tertiu ꝛc. in meis recollectis. ¶ JO. ¶ Idem si lex expresse derogaret preterite consuetudini et etiam future vel simpliciter non faciendo mentionem de preterita vel futura dicendo non obstante aliqua cōsuetudine in contrarium. nam tunc indistincte etiam futura consuetudo videtur dānata per id quod habetur in. l. si seruitus. ff. de seruitu. rusti. predio. marime quia istud est de natura legis vt ad futura trahatur. vt. l. leges. C. de legibus. ꝛ capi. j. ꝛ fi. §. de cōsti. ¶ Hoc tamen ipse limitat nisi consuetudo de nouo introducta fit ex noua causa a principio non cogitata propter varietatem temporis vel ex preterita que erat verisimiliter non cognita ipsi legumlatori. argu. l. si hominem. ff. manda. ꝛ quod ibi no. Bald. et in. §. quibus. in proemio. C. quia secundum †varietatem temporum: statuta variantur. vt capitul. non debet. §. de consangui. ꝛ affi. et. l. prima. in princip. C. de cadu. tollen. quod etiam voluit Abb. in dicto ca. secundo. §. de probatio. vnde si dispositio. l. fina. C. de testa. traheretur ad futuras consuetudines contrarias eas abolendo: tamen si postea emanaret cōsuetudo quod tempore pestis valeret testamentum cum quinq̄ testibus vel forte minori numero: valeret talis consuetudo: ꝛ eadem ratiōe statutum: quia introducit ex iusta ꝛ rationabili cā verisimiliter tūc non cogitata per principem ex quo hodie videmus q̄ omnes pestem fugiūt et hoiem pestifero morbo confectum euitāt: licet consanguinei sint vel affines vbi olim non ita refrigescebat charitas in sic fugiēdo: maxime apud consanguineos. ¶ Et q̄ō plus est potest attentari secundum eum q̄ hoc procedat etiam si lex abrogaret expresse future consuetudini. q; ad nouam causam habentem rationabilem ꝓpositionem nouiter factam se non extendit talis clausula generalis derogatoria de qua fi fuisset cogitatū: non sic generaliter fuisset derogatum. arg. d. l. fi hominem. et quia intelligitur rebus sic se habentib⁹ et stantibus vt. l. quod seruus. ff. de condit. ob causam. et. l. si cū cornelius et q̄ō ibi per Bar. ff. de solu. Ad cuius confirmationem possunt adduci multa que cumulat Felyn. in. capitu. j. in. vij. fallentia. §. de consti. ornando dictam. l. si hominem. ¶ Ex predictis redeundo ad propositum habemus vnū casum singularem in quo †pro dote conseruanda et restituēda possunt fideiussores interuenire scilicet quādo hoc habet consuetudo. ꝛ hec est communis opinio. ¶ Contra quam insurgit Bald. nouellus: vbi supra dicens q̄ talis consuetudo non potest introduci: quia ex quo per legem fuit simpliciter cōsuetudo reprobata non solū intelligitur preterita: sed etiam futura per ea que supra dicta sunt. presertim cū in reprobatione cōsuetudinis: fuerit expressa ratio improbationis. s. vt euiteturperfidia inter conIuges. propter quam rationem videtur se meuisse imperator in. d. l. j. et. Cij. ne fideiussores dotiū detur ad reprobandā di. consuetudinem contrarium. 4
¶ Hoc tamen ipse temperat quando consuetudo artaret virum vel socerū ad fideiussionem pro dote conseruanda vel restituenda. cum tunc subsit causa perfidie. Si autem non artaret sed simpliciter permitteret talem fideiussionem: valeret dicta consuetudo quia videtur cessare ratio perfidie super qua se fundat dicta prohibitio. l. j. dum presupponit quod consuetudo loquebatur preceptiue videlicet q̄ vir exhibeat fideiussorem mulieri. et hec opinio videtur satis equa et fauorabilis mulieribus et dotibus: et ideo tenenda per id quod habe

nes faciebat. Nam tūc tutor excusatur a damno re-
de secuto: ꝛ imputatur pupillo. argu. l. qui semisses.
§. fina. ff. de vsur. ꝛ. l. vel vniuersorum. ff. de pignora
ti. act. per que iura ita tenet Jacob. de bello visu. in
auten. vt hi qui obligatas. §. quoniam autem. colla
tio. vj. ꝛ ibi est glo. super verbo mutuantur. bene fa
cit ter. in. l. cum seruus. in fi. ff. de conditio. ꝛ demon
stra. ibi nam quod ipse vnus facturus sit ab here
dibus suis iussisse intelligitur. ex quo not. ibi Paul.
13 de castro quod †verba testatoris debent intelligi sec
undum morem ꝛ consuetudinez testatoris. ad hoc
l. Sempronio. §. fin. ff. de vsufructu leg. ꝛ. l. penult. in
princ. ff. de alī. leg. ¶ Adde notata in. l. seio. §. medico
ff. de annuis lega. ¶ Intellige nisi ageretur de preiudi
cio alterius vtputa pupilli: quia tunc non presumit
voluisse defunctum quod fiat pro herede quod ipse
erat facturus. vt. l. prima. §. si defunctum. ff. de reb⁹
eoꝝ. al's secus: vt dicta. l. cum seruus. cum alijs de
quibus. §. ꝛ quod not. in. l. equissimus. §. fructuariꝰ.
ff. de vsufruc. ꝛ. l. edito. §. errat. ff. de iure fis. ꝛ dicta. l.
vel vniuersorum. fm Paulum vbi. §. tenebitur ergo
tutor: facere quod pater pupilli solitus erat vt dixi:
ꝛ tenet Salicetus in. d. auten. nouissime. qui hoc in
telligit quando tutor vel administrator erat indu-
strioſus in ipsa negotiatione sicut pater pupilli. sec⁹
si non erat talis. nam tunc est in culpa se immiscēdo
rei cuius cognitionem non habet. ꝛ ideo tenetur de
damno inde secuto. vt. l. prima. §. si defuncti. ff. de reb
bus eorum. ꝛ facit regula nec est sine culpa. de re
gu. iur. libro. vj. cum concordātijs. Sint ergo cauti
tutores ꝛ curatores ꝛ alij administratores seu nego
tiorum gestores: vt semper habeant negotiationem
cum hominibus communiter approbatis: vel cum
his cum quibus pater pupilli vel domin⁹ soliti erāt
negotiari ꝛ in ea negotiatione qua ipſi soliti erant:
dummodo sint equaliter idonei. ꝛ hoc ego alʒ vidi
in practica. circa quod me amplius non extendo: qz
extraneum est a materia nostra. ADDE Adde pre
dicta tex. in. l. si mei causa. §. fin. ff. commo. per quez
dicit ibi Barto. quod si ego credidi alicui asseren-
ti se esse nuntium qui communiter consuenerat mit
ti pro nuntio a domino presumitur mandatum ꝛ ista causa credendi per tex. in. l. fin. ff. quod cum eo.
qui bene hoc probat. de hoc meminit Felī. in. c. q̄ su
per his. de fide instrumen. col iij. versi. prima co-
14 clusio. persone tamen probitas vel legalitas nō est cau
sa sufficiēs faciendi actum extra terminum ad hoc
prefixum. vnde licet homo sanctimonie † producat
in testem in quo omnis cessat suboꝛnationis presum
ptio. non propterea admittetur post publicationem
attestationum. ita not. dicit Bal. in ca. iurauit. de pi
bario. de quo facit ibi festum Andreas siculus col.
xv. qui multa alia similia cumulat que per ipsum vi
deri possunt. ¶ Jhū.

☞ Fructus rei pignoꝛate pro dote an ꝛ quando
liceat percipere. ꝛ nu. 5.

2 Dos datur ad onera matrimonij sustentanda.

3 Dos si non fuerit soluta an marit⁹ possit aliquid p̄
cipere ratione interesse lucri cessantis.

4 Heres mariti possidens vel detinens pignus da-
tum viro pro cautione dotis post mortē mariti nō lu

cratur fructus illius pignoris: sed computari debēt
in sortem.

6 Maritus si post longaz moram vxoꝛ vel socer aut
alterius dotem promittentis recipit integram dotē
non facta protestatione seu reseruatione in fructib⁹
vel interesse fici debitis ratione more an sibi preiu-
dicet. quominus illos petere possit.

§. Octauo infertur quod quan

1 do socer obligat seu hypothecat † genero posseſſio-
nem aliquam pro dote filiæ: licite gener percipit fru
ctus illius possessionis donec sibi dos soluatur: nec
tenetur illos in sortem computare: vt est casus val-
de singularis in ca. salubriter. j. de vsur. qui alibi nō
reperitur. idem dicas de sponso qui nutrit ꝛ alimen
tat sponsam: vt est glo. valde nota. in. l. ij. C. de dotis
promisso. de cuius veritate vide ibi Ly. Baldus et
Salice. ꝛ eundem Baldū ꝛ alios in. l. si ante. ff. solu
to ma. ¶ Ratio huius est: † quia dos datur ad one
2 ra matrimonij sustinenda. vt hic ꝛ in. d. c. salubriter.
ꝛ in. l. pro oneribus. C. de iure do. ꝛ penes illum de-
bet esse onus alimentoꝝ: penes quem est dos. vt
l. iij. ꝛ. l. si pater. §. j. ff. de pact. do. si ergo marit⁹ vel
3 sponsus † sustinet onera matrimonij ꝛ dos sibi non
soluitur a socero vel ab eo qui eam promisit: iustum
est ratione istius interesse quod interim fructus p̄-
cipiat. ¶ Et hinc est quod licet pro dote pignus da
tum non fuerit: sed ille qui dotem promisit: q̄ illam
non tradidit de statuto obligat se ex pacto ad cer-
tos denarios pro libra quolibet anno vel mense do-
nec dos soluatur: eodem modo ratione interesse lici
te poterit maritus illos denarios petere. Ita tenet
Barto. in. l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimo. ꝛ la-
tius ꝛ clarius ibi Jo. de imo. Ludo. ꝛ alij Moderni
ores ꝛ doctores nostri in. d. c. salubriter. signanter
domi. Abb. qui dicit hoc maxime procedere si mari
tus solitus erat negotiari: sed Ana. ibi in. viij. col. di
cit non esse necessarium quod maritus solitus sit ne
negotiari: quia illud solummodo coꝛrigitur: quā
do agitur de interesse consistente in lucro: vt supra
dictum est. non autem quando agitur de interesse
consistente in damno. vt. l. ij. ¶ Juncta glo. ff. de eo qō
certo loco. sed maritus agit de interesse consistente
in damno. quia sibi deest: quod pater quia expen-
dit in onera matrimonij. Et ita siue maritus sit soli-
tus negotiari: siue non: poterit tale interesse petere:
presertim quia maritus potuisset emere predia: ex
quibus forte tantundē potuisset habere. istud idem
firmat Bald. nouel. in suo tractatu de dote. viij. par-
te. iij. speciali. et magister Conradus in suo libello
de contractibus. q. xxxv. conclusione. v. ꝛ. vij. respon
dens solenniter ad motiua Joan. and. ꝛ Jo. de lig.
contrarium tenētium in dicto. c. salubriter. vt ibi per
eum. Et videtur hoc satis rationabile. Nam vide-
mus ꝙ si vendit⁹ fundus cum termino solutionis
preterij: cum pacto ꝙ interim durāte termino aliquid
soluatur pro interesse venditoris: valebit tale pactū:
ex quo alʒ dictum terminum non decidisset: et pote-
rit vēditor licite petere dictum iustum interesse. per
ea que dicta sunt. Idem si venditor constituit se no-
mine emptoris possidere: ꝛ emptor non soluens pre-
tium obligat in specie rem venditam pro pretio eo
pacto vt interim ꝙ sibi soluitur debeat venditor fru
ctus percipere: valet tale pactum ratione commodi
cessantis ex non solutione: vt. §. dixi. pari ratione idē
esset si venditor esset data aliqua alia res in pignus
pro dicto pretio soluēdo intra certum tempus cum
pacto ꝙ interim venditor possit fructus percipere.
Nam ꝛ hoc pactum videtur licitum ratione commo-
di cessantis. vt voluit Bald. nouel. vbi. §. ergo mul⁹
to fortius idem dicemus in casu nostro: vt interim ꝙ
dos non soluitur licite possit maritus aliquid recipe
re pro oneribus matrimonij supportādis siue fit da
tum pignus fructificans: siue non fructificans: vel
etiam nullum: siue interueniat a principio promisso
de aliquo dando interim ꝙ dos nō soluitur: siue nō:
Nam ꝛ tunc poterit petere aliquid emolumenti ra
tione interesse propter moram dotis non solute. vt la
te ꝛ singulariter concludunt doct. in. d. c. salubriter.
ꝛ in. l. insulam. §. vsuras. ff. so. ma. signanter Joā. de
imo. quem refert ꝛ sequitur campetius in suo tracta
tu de dote. ij. parte. q. vj. in. ij. colū. quā rogo videas.
ꝛ Raphaelem fulgosium consil. cc. incipiē. domina
galdeada. Quādo autem dicatur mora commissa
in restitutione dotis: tradūt optime Bart. ꝛ alij in. l.
de diuisione. ij. colum. ff. sol. matrimo. ꝛ campetius
vbi supra. q. vij. Ange. in. §. fuerat ante. Insti. de act.
ꝛ ibi Jaſo. vj. colum. ¶ Sed vt omnis tollatur du-
bitatio sit cautus gener vt a principio quando dos
sibi promittitur: dicat quod statim sibi soluatur vel
saltem interim quod non soluitur socer debeat one
ra matrimonij sustinere. vel ad ea sustinēda debeat
certum quid annuatim dare. istud videtur de mē-
te Anto. in. d. c. salubriter. ꝛ archiepiscopi Floren. in
summa. ij. parte. titu. j. c. vij. §. xviij. quicquid detur
Zaz. in dicto suo tractatu vsurarum secunda parte
q. iij. istud etiam firmat magister conradus in suo
libello de contractibus. q. xxxv. in secūda conclusio
ne. dicens quod in casu predicto quādo a principio
non soluitur dos genero: sed pro ea datur pignus cu-
ius fructus gener sibi accipiat donec dos integra
soluatur: vt licite hi fructus percipiuntur. oportet qō
eos percipiat gener vt sibi donatos libere a socero:
vel quod gener in conuentione adtenderit socerum
ad dandum sibi illos fructus in partem dotis tota
lis: non quia differt principium obligationis: quia
non vult socerū a principio teneri debitorem: sed ideo
quia gener patitur interesse dando talem dilationē
obligatiōis: pro cuius interesse refusione vult illos
fructus interim percipere: alioquin nō duxisset eius
filiam in vxorem nisi data sibi integra dote. vel soce
ro statim debitore constituto. Secus si tamen fue-
rit expliciter esse conuentum inter socerum ꝛ generū ꝙ
socer non esset debitor constitutus vsq; ad certum
terminum ꝛ interim daret genero pignus pro secu-
ritate dotis: ꝛ de fructibus nihil est dictū: nūc enim
credere ꝙ si gener fructus interim percepit: compu
taret in sortem. alias teneretur ad restitutionē. quia
pro illo tempore nōdum erat socer debitor: illos au
tem quos post tēpus perciperet gener: propter mo-
ram soceri faceret suos ad onera matrimonij susti-
nēda. maxime si ad hoc soceri cōsensus expressus vel
tacitus accedat: vt est de mente magistri. vbi supra

bonum ergo erit consiliū docto de quo predixim⁹. Laueat tñ gener vt fructus vel emolumētū qđ ratione dotis nō solute percipit: sit iustū ⁊ moderatū ⁊ nō excedat metas interesse: alis nō esset tutū in foro cōsciētie: vt in alio ꝓposito pauloante dicebam co. cccxxxiij. ver. aduerte tñ. nā si maius cōmodum reciperet ex perceptione fructuū pignoris vel quantitatis conuēte quā fuerit lucrū cessans qđ ex emptione predioꝝ vel negotiatione acqrere potuisset illicitū est: idē si gener nullo modo esset empturus predia. vel negotiaturus cū pecunia: sed in archa tenere volebat. nā tunc nihil percipere posset ratione dotis nō solute. Sit ergo qsq; cōsciētie sue iudex.

¶ Ex istis resultat vnū valde singulare: ⁊ puto verissimū q; dispositio. c. salubriter. non emanauit fauore dotis: vt quidā dicebāt ⁊ male: q; si verū esset in oi casu liceret marito recipere fructus pignoris: vel aliquid rōne dotis non solute: qđ tñ falsum est. sed tunc demū quādo patitur aliqđ damnū ex dilata solutione saltem lucri cessantis vt apparet ex predictis: emanauit ergo ratione interesse vel lucri cessantis qđ potuisset marit⁹ habere si dos soluta fuisset, emendo predia ex quibus fructus perciperet vl negotiando cum pecunia. Unde q̄uis ille text. non emanasset: potuisset gener fructus percipere, ꝓpter interesse quod pretendit ex non solutione dotis sicut de alio quocunq; interesse diximus. hoc in ex̄so melius q̄ quis ali⁹ multipliciter cōprobat predictus magister vbi. s. quem rogo videas. ¶ Ex quo infertur ampliatio singularis ad predicta vt procedant non solum in genero pignus habente pro dote imo etiam si gener pignus sibi traditū alteri pignorasset cum omni iure sibi competenti: iuste poterit ste tertius percipere fructus illius rei pignorate vel aliud quod inter socrū ⁊ generū esset cōuentum. v. no. voluit collectarius ⁊ Jo. de Ligna. in dicto. c. salubriter. ⁊ Ananias ibi secunda col. ⁊ Lau. in dicto suo tractatu vsurarum questione. liij. ⁊ videtur hoc satis rationabile. quia ex quo iste tertius fuit subrogatus in locum mariti debet sapere eius naturam. vt ca. ecclesia sancte Marie. vt lite pendente. cum concordantijs. Illud enim interesse qđ percipit maritus non permittitur sibi fauore dotis: prout aliqui dicebant ⁊ male. sed ratione sui ꝓpij interesse vel damni quod sibi prouenit ex non solutione. Illud ergo ius q̄ue interesse bene potuit alteri concedere: maxime si erat sibi coniunctus vel amicus. et ille amicus non vt lucretur fructus mutuat pecuniam: sed propter charitatem aut gratiam. tūc enim sine dubio fructus lucri facit absque vitio vsure. alias non. ita dicit notan. Archiepisco. Florent. in sum. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xxiij. ⁊ magister conradus vbi. s. q. cōclusione. xiij. sic intelligas quod voluit Bal. in rub. C. de vsur. in. iij q. dum simpliciter tenet talem creditorem non posse percipere fructus rei sibi pignorate: quia istud priuilegium soli marito
4 est concessum fm eum. ¶ Et inde est qđ ꝗ heres mariti possidens vel detinens pignus datum viro pro cautione dotis: post mortem mariti non lucratur fructus illius pignoris, imo tenentur eos in sortem computare. vt. l. j. C. de pig. ac. ⁊ l. si pignore. ff. eo. cum si. fm Inno. quem omnes sequuntur in. d. c. salubriter. signanter Abb. ⁊ ana. ij. colum. verſic. queritur etiā ⁊ Lau. in. d. suo tracta. vsurarum. q. lj. ⁊ Archiepiscopus flo. in sum. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xxix. ⁊ non solum fructus quos percepit: sed etiaz quos percipere potuit. vt. l. ij. ⁊ l. fina. C. de pig. act. quia in optione heredis est restituere pignus quandocūq; ⁊ liberare ab obligatione: quod non est in marito: cum ipse teneatur ad onera matrimonij. ⁊ soluto matrimonio definit esse dos. ¶ Ex quo dicebat Anani. vbi. s. se in contingentia facti dixisse quod mortua vxore cuiusdam: pro cuius dote data fuit vinea in pignus: relictis filijs penes quos remanet dos quod filij tenētur fructus in sortem computare per predicta. quod mihi videtur parum dubitabile. Nam ipsa mulier si viueret tenebatur fructus in sortez computare: vt l. titia. ff. de so. tenet Bart. in. l. in insulam. §. vsuras. ff. soluto matrimonio. ⁊ in. l. si pater. in princip. ff. de do. exce. quem alij docto. vtrobiq; sequuntur signāter Jo. de imo. in. d. §. vsuras. Ange. ⁊ Jaſ. in. §. fuerat ante. insti. de act. Et concludunt omnes in. d. c. salubriter. ⁊ Host. in sum. ti. de vsu. §. an aliquo. ver. vl. ⁊ Lauren. in dicto trac. q. lij. Archiep. vbi. s. §. xxx. et anc. cōsi. cxlix. incipit in. q. que vertitur. et per consequens eius heredes. Cessat em̄ hoc casu ratio. d. c. salubriter. s. alimentatio vxoris in quo principaliter consistunt onera matrimonij fm dignitatem suam et quātitatem dotis. vt dicit Inno. Joan. an. et alij in presenti. vnde licet filij sint reliquie matrimonij: ⁊ ex dote matris sint alēdi. vt. l. si maritus. ff. fa. ercis. fm Bal. in. l. si dotē. j. col. C. de fal. causa adie. legat. illud procedit constante matrimonio. et ita proprie loquitur. d. l. si marit⁹. quicquid senserit Bal. in. d. l. si dotem. soluto autē matrimonio potest tunc ex suo filios alimentare. vt. d. l. si quis a liberis. ff. de libe. agno. ⁊ l. qui liberos. §. fi. de ri. nup. cum simi. glo. et doctores hinc: ⁊ inde est q; licet vxor cōstante matrimonio possit petere dotē a marito vergente ad inopiam: mortua tamē vxore filij nō poterunt hoc petere fm Bar. in. l. si constante. liij. col. ff. solu. ma. Sit ergo cauta mulier vel eius heredes: vt non recipiāt pignus pro dote, sed vel faciāt ipsum distrahi: vel insolutum recipiant: alioquin fructus sortem extenuabunt. nisi in duobus casibus: quos ponit archiepis. vbi. s. Primus est vbi violenter detineretur dos ab illis heredibus mariti mortui: nec posset vxor se iuuare: quia non fieret illi iustitia propter potentiam illorum tunc mulier licite recipit fructus possessiōis vel pecuniam siue extenuationem dotis. ⁊ pari ratione idem dicendum quando mortua vxore maritus vel eius heres velint restituere dotem heredibus vxoris propter potentiam vel tyrānidem: nam tūc licite percipiunt fructus pignoris dati pro dote vel aliud interesse. Secundus casus est quando heres mariti non posset sine magno suo detrimēto restituere dotem que in pecunia consistit nec possessiones habet quas vxori assignet: ⁊ ꝓpter hoc mulier ne nimis grauetur: dimittit penes eum ad tempus: et si illo interuallo recipit ab herede mariti alimenta: cum non habeat vnde aliūde viuat: non videtur illicitum: non enim illud recipit ratione mutui sed ratione interesse. cum si dotem haberet: inde vineret emendo possessiones; vel exponendo negotiationi. ¶ Secus

ni. Secus autem quando hoc fieret ob vtilitatem vtriusq; heredis mariti vt magis possit cum illa pecunia lucrari: ⁊ vxoris vt ei integro suo capitali habeat lucrum: non tñ de facili cōsulendū est ne pareat via fraudibus vsurarū: facū tñ non statim est condēnandum. Hec sunt verba archiepi: vt. s. ꝓ quib⁹ bene facit text. in. l. vna. §. accedit. C. de rei vxo. act. ¶ Adde alium casum quando staturū vel cōsuetudo disponit qđ in cā dotis interim donec restituatur dos mulieri per heredes mariti mortui: vel per maritum heredibus vxoris: soluant decem ꝓ centenario vel quinq; loco alimentoꝝ. Nam tūc vxor vel ei⁹ heres licite et in foro cōscientie illa recipere poterit: vt not. volunt bal. in. l. si. §. preterea. C. de iure do. idē voluit pau. de ca. in. l. d'uortio: in pūn. v. col. ff. sol. matri. q̄ hoc limitat: dūmodo vxor non habeat alūnde: vnde ali possit: alias secus. idē in effectu cōcludit abbas in. d. c. salubriter. fi. co. ADDE Et ibi Joan. de ana. Feli. in. c. consultationib⁹. in fi. de offi. dele. vide Raph. fulg. in. l. insulam. §. vsuras. ff. so. ma. ¶ Jmo etiam si habeat vnde se alat: dum tñ illud recipiat vxor rōne lucri cessantis vel dāni ꝓuenientis ex nō solutione dotis vel saltē ꝓ pena a statuto imposita heredibus nō soluētibus qđ fieri pōt: vt volūt predicti ⁊ magister conradus in. d. suo libello de cōtractibus. q. xxxv. conclusione. x. Et istud teneas: q̄uis Bal. ⁊ Pau. in. l. j. C. de sum. trī. teneāt ꝓ illū. ⁊ Jo. de lig. ⁊ Jo. de imo. in clem. j. de vsu. q; soluto mr̄imonio vxor nō sustinet onera matrimonij: ergo si aliquid recipit vsura est: ⁊ per consequēs illicitum. cū istis trāsit Jason in. l. de quibus. xviij. co. ff. de legib. ¶ Cū istis transit antiqua ⁊ moderna iuris prudentia. mihi tñ (salua decisione melius sentiētis) videtur qđ nō solum maritus verūetiam eius heres. item non solum
5 vxor sed etiā eius heres poterit iure licito † fructus pignoris percipere ꝓpter dotē nō solutā vel id quod inter partes conuētū est vt sibi dek interim qđ dos non soluit. non expōsitiōe. d. c. salubriter. sed ex ei⁹ ratione ⁊ ex eo qđ isti patiūtur incommodum ex nō solutione: quia possent habere fructus rerum si res sunt ītmobiles vel lucrum ex negotiatiōe pecunie: si dos in pecunia consistat: ab huiusmodi damno teneretur aduersarius eos seruare indēnes: vt in prudētibus ostensum est. non enim genero hoc in priuilegium conceditur propter onera matrimonij supportanda: sed ratione interesse ⁊ lucri cessantis. vel dāni prouenientis ex non solutione. que ratio, eque cōcludit in alijs sicut in genero ex carentia dotis sibi restituende. q; licet soluto matrimonio definat esse dos:
6 seu habere rationem vel nomen dotis: non tamē definit habere rationem debiti ex cuius solutionis collatione creditor vel eius heredes patiuntur interesse: igitur poterunt ratione illius aliquid percipere vltra debitum. cum possibile sit quod si heredes generi haberent id quod genero debetur: ex eo ipsi statim de illis mercarentur: ⁊ annuatim verisimiliter lucrarentur aliquid vltra principale. vel emerent pdia ex quibus leuarent annuatim fructus tanti valoris: quod tamen lucrum eis cessat. pro cuius lucri cessante refusione [interuenientibus alijs requisitis] licite possunt percipere fructus predicte possessionis vel pignoris sicut genero licebat. Vel etiam si nulla possessio fuisset a socero, genero pignora: sed tantum cautio prestita cum obligatione annuatim dandi certum quid ipsi genero ratione dotis nō solute. dabitur etiam eius heredi: vel vxori vel eius heredi soluto matrimonio: ita reperio formasse magistrum conradum in dicto suo libello de contractibus. questione. xxxv. conclusione. viij. et ix. et Salic. in dicta autentic. ad hec. xiij. columna. C. de vsur. et hoc mihi placet. ¶ Intellige tamen ista quādo fructus pignoris dotalis vel illud quod percipitur ratione dotis non solute: commensurantur cum alimētis a marito prestitis seu prestandis: cōsiderata quātitate dotis debite. secus tamen si essent immēsi: nā illi deberent computari in sortem: istud fuit de mente Bald. in lege fina. §. preterea: secunda columna. verſicu. adhuc est dubium. C. de iure dotium. quem refert et sequitur Ana. in dicto capitulo salubriter. secunda colum. dicens hoc esse valde no. ad declarationem ⁊ limitationem illius. c. istud etiam fuit de mente Bald. in. l. pro oneribus. C. de iure dotium. vbi dixit quod maritus licite potest vsuras percipere moderatas: donec dos ei soluatur: moderatas autem intelligo non solum habendo respectum ad quātitatem dotis, et alimentorum: sed attenta etiam conditione persone mariti si est industriosus ⁊ solitus negotiari ⁊ mercari et lucrari cum pecunia quam habet. nam tunc habebitur consideratio ad lucrum cessans. ⁊ si esset tale quod ascenderet ad fructus quos ex pignore percipit: vel ad illud quod sibi datur ratione dotis non solute: licite posset illud percipere vel petere per ea que. s. dicta sunt. hec fuit mēs Anto. ⁊ Abb. in dicto. c. salubriter. dum pōderāt mariti industriam. vt latius pro sequitur Bal. nouel. in d. tractatu de dote. vij. parte. iij. speciali. ⁊ Campeti⁹ in suo tractatu dotis. ij. parte. q. vj. ¶ Intellige etiā ista quando maritus fuit diligens in accipiēdo fructus rei pignorate seu in petendo vsuras nomine interesse ratiōe retardate solutiōis dotis. secus si fuit negligens longo tempore. s. decem annorum. Nam tunc iuris fictione maritus videtur ius suū remittere. Hec fuit mirabilis decisio Bal. consil. incipiente in xpi nomine amen. Post biēnijꝫ a die ductionis ⁊c. de quo exclamant doctores mod. signanter Alexan. l. que dotis, vij. col. ff. so. ma. Ange. in. d. §. fuerat añ. vij. col. ⁊ ibi Jaſ. vij. col. qui finaliter hoc reprobant: vt ibi per eos. de quibus feci mentionē. s. col. ccxxx. verſi. tamen si maritus longo tpe. ¶ Ex quo infert vnū satis singulare ⁊ quotidianū quod si † marit⁹ post longam moram vxoris vel soceri vel alterius dotem ꝓmittentis: recepit integrā dotem nulla facta protestatione seu reseruatione in fructibus vel interesse sibi debitis ratione more: per hoc non preiudicetur ei quominꝰ illos petere possit. Illud est notū dictum solius Bal. nouel. dicto suo tractatu de dote. ij. parte, columna antepenulti. quod tene menti.

¶ Intellige etiam predicta quando pro dote fuit datum pignus. secus si fuit dos promissa in pecunia numerata. et interim quod non soluitur: fuit promissa certa quantitas. Nam hoc fieri nō potest. fm Jo. an. in. d. c. salubriter. quem alij communiter ibi sequun-

tur.ꝛ Laurentius de rodolfis in tractatu vsurarum. xxx. col. ij. parte. q. liij. quem rogo videas ꝛ vltra eũ confirmatur ista opi. Jo. an. qꝛ a principio nõ potest per pactum taxari quantitas pecunie pro interesse. vt. ff. late dixi co. ccclij. §. octauo ifertur. ¶ Idẽ dicẽdum est si maritus indigens pecunia dotali accepit illam ab alio tertio dato sibi pignore quod a socero habebat. Nam iste tertius non posset fructus consequi interim quod non soluitur pecunia fm aliquos cuius contrarium tenet Sali. in. d. auten. ad hec. C. de vsur. q. viij. quod mihi magis placet vt paulo ante dicebam. Reliqua circa materiam dicti cap. salubriter: videas per te in locis. ff. allega. super quibus aliter non insisto: quia intentionis mee processum impedit.

1 ℣ Lucrũ pcipere ex pecunia apud mercatorẽ deposita põt qs licite ratione lucri cessantis vel dãni proueniẽtis: ꝛ qñ cessauit: ꝛ etiã quando damnũ speratur.
2 Ab vsura excusaꝯ quis ꝓpter dubiũ euẽtum.
3 Stuprans virginẽ tenet damnũ resarcire.
4 Percutiẽs vel mutilãs aliquẽ tenet ad opas amissas de presenti ꝛ de futuro.
5 Periculum mercantiarum per mare vel terram fi quis pro certo pretio suscipiat an talis cõtractus sit licitus.
6 Vadiationis cõtractus an sit licitus.
7 Contractus quẽ faciũt ludẽtes ludo fortune spe lucri an sit licitus.
8 Saluũ cõductũ dantes mercatorib⁹ per regnũ vel terras suas trãseũtibus si ꝑ predones eis auferunt satisfacere tenentur.
9 Colligentes pedagia debẽt tenere itinera tuta.
10 Fideiussor an possit aliquid percipere pro fideiussione.
11 Pecuniam recipere an possit quis vt sit fideiussor.
12 Pecuniam ab aliquo recipiens vt vltra mare eam transportet et ibi reddendam pro certo pretio an sit vsura.
13 Cambia an ꝛ qñ sint licita.

§ 9 Ampliari potest iste textus:

1 et predicta vt possit qs licite cõmodũ recipere ex pecunia apud mercatorẽ deposita vel rõne lucri cessantis seu dãni pueniẽtis nõ solũ qñ dãnũ iam puenit seu lucrũ cessauit: sed etiã qñ dãnũ sperat: vt puta si qs periculo se subiecit ꝓpter aliqd sibi ꝓmissum vt est rex. ꝛ ibi no. in. c. salubriter. ꝛ. c. fi. j. de vsur. vbi
2 ꝓpter dubiũ euentũ excusaꝯ qs ab vsura: qꝛ ratiõe dubij aliqd permittit qñ alꝫ non liceret. vt. l. fi ea lege. C. de vsur. ꝛ. l. fi quis ex aliena. ff. de iudi. ꝛ. l. j. §. f. ff. de ventre inspi. ꝛ ꝓpter spẽ largiorẽ fit interpratio. vt. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. ꝛ. l. antiqui. ff. si pars hereditatis. pe. ꝛ. l. cũ pater. §. cũ estimaret. ff. de lega. ij.
ADDJ Adde quod in simili dicimus de eo qui dãnũ intulit alicui in psona: vt ei videre in eo qui stupravit virginẽ: iste eã tenet dãnũ resarcire eo modo quo põt. nã cũ nõ possit virginitatẽ restituere vel reparare: tenet cũ ea matrimoniũ cõtrahere vel dotez
3 sibi assignare. vt. c. j. de adul. ita ꝙ est in cõsideratione nõ solũ ipsa defloratio. sed incõmodũ qõ ex defloratione est puenturũ. l. qꝛ nõ reperiet virũ cũ quo cõtrahat matrimoniũ. Idẽ dicimus de eo qui filiã alicuius liberã in facie percussit: ex qua ꝑcussione redita est deformis ꝛ ꝓpter eius deformitatẽ cum pater eaꝫ nuptui traderet: necesse habuit plures pecunias in dotẽ dare: ad hoc etiã dãnũ si est presens vel futurũ tenet percutiẽs. ita dicit marian⁹ in. c. j. de iniur. co. rix. ver. cicatricẽ autẽ. sed nõ bene firmat ꝓpter gl. ibi. cogitabis. Ex predictis infert ꝙ is q̃ aliquem ꝑcussit vel mutilauit. tenet ad operas amissas. vt. d. c. j. de iniur. tenebit nõ solũ ad operas amissas de pñti sed etiã de futuro. quas occisus vel vulneratus amissurus est in futurũ toto tpe vite sue vl quo viuere poterat: ita dicit spe. ti. de iniur. §. ij. Sed nunqd pro libero. ꝛ ver. qd si statim obijt. cuius meminit Abb. in. d. c. j. de iniur. j. co. in fi. vbi latius per Marianũ. co. xvij. ver. circa primũ articulũ. ibidem ego prosequor: in meis recollectis. multa his similia exẽpla adducere possemus que vitãde prolixitatis gratia ex voto ꝓterimus. ¶ JO. ¶ Primo infert ex his ꝙ si tu ꝑ vis ꝑ mare vel terrã mittere merces tuas ad aliquas partes: ꝛ ego suscipio in me periculum ꝛ cõuenio tecũ vt des mihi ꝓ quolibet cẽtenario valoris merciũ quãtitatẽ pecunie. iste cõtractus licitus est vel saltẽ nõ reprobatus: qꝛ hic nõ intervenit mutuũ sed factũ securitatis ꝓpter qõ recipit cõmodũ. vnde iustus est ꝙ ex quo se periculo subijcit: debeat ꝓpter hoc aliqõ lucruz sentire. vt. l. periculi. ff. de nau. fe. ꝛ tenet Bal. in. l. cũctos populos. co. vj. ver. item do quandã regulã. de sum. tri. ꝛ fi. ca. vbi in hac materia tradidit optimã regulã: vez ꝙ qñ facta relatiõe istius ꝓstationis (que dicit vsura) ad aliqõ antecedẽs resultat facio vt des vr in matrimonio: vt ca. salubriter. de vsur. j. vel vẽdẽdo trado vt des. vt l. curauit. C. de act. empt. vel patior vt des. vt. c. j. de feu. vel suscipio periculuz vt des. vt. d. l. periculi. aut aliqua cõformitas vnius ad alterũ vbi ꝓpie nõ dicitur esse vsura: qꝛ nõ est lucrũ sed q̃dam cõpẽsatio debiti hincinde. vt in iuribus. ff. alle. fz Bal. de quo meminit anania in rub. de vsur. fi. col. et sic vult ipse ꝙ predictus cõtract⁹ licitus sit. qõ etiã tenet Laude rodolfis in dicto suo tractatu vsurarum. liij. parte viij. co. ꝛ sequitur Anania in. d. c. fi. xxx. co. xiij. q. j. de vsur. ꝛ Archie. florentin⁹ in. ij. parte. ti. j. c. vij. §. xlvij. Hoc etiã voluit Anch. in. l. fi. ad fi. de nauti. feno. in suis reportatis. fm ꝙ refert Anania vbi. ff. ꝛ Alexã. in. l. a titio. ij. col. ff. de verb. obli. dicens ꝙ consideratio vsure hic adaptari nõ potest: qꝛ illud lucrum prouenit ex ꝓspera fortuna dũtaxat. Nã ex aduersa contrarium passus fuisset. ¶ Et si quis ille non dicat de hoc est casus expressus ꝛ singularis fm Paul. de ca. de quo nec gl. nec doctores perpenderunt in. l. in naue saupheli. §. conducteꝛis. ff. locati [No. ista ꝓ. l. in naue saupheli. vbi vide Alexan. ꝛ in. l. actio. ff. de verbo. obli.] Jobi. ꝓbatur ꝙ ex isto contractu citur actio specialis: que dicitur oneris aduersi que competit quatuor concurrentibus. Primo ꝙ quis suscipiat in se periculũ oneris. Et hoc patet ex illo verbo oneris aduersi. id est actio de onere cuius aduersio

sive periculum fuit in se susceptum. Pro hoc etiam facit quod habetur in. l. et hec distinctio. et. l. opꝰ. ff. loca. Secũdo requiritur ꝙ illud onus non sit illius qui suscepit in se periculum sed alterius: vt expresse dicitur in. l. in naui. Tertio requiritur ꝙ alia exactio non competat: ꝛ sic videtur esse subsidiaria q̃ cessat quando alia competit vt etiaz ibi expresse dicitur. Quarto requiritur ꝙ onus pereat et sic veniat conditio. et recte ponit casum in mercatoribus florentinis qui ꝓstant securitatem mercatoribus qui ponunt merces suas in mari et obligant se ad estimationem illarum si pereunt. et si non pereunt volunt habere tantum ꝓ centenario. Hic concurrũt omnia illa quatuor: qꝛ suscipit in se periculum oneris. Item onus nõ est suum. Item alia actio non adest. quia contractus locationis non est celebratus cum eis sed cum nauta. Si autem existat quartum scilicet ꝙ onus pereat: conuenitur ad estimationem. Et eadem ratione si res venit ad salutem: possunt illi petere quãtitatem sibi promissam. Et sic patet ꝙ iste non est contractus mutui: et quod est multum dissimilis a casu. d. c. fi. j. de vsur. et ideo non potest dici ꝙ illa lex fit correcta per. d. c fi. remanet ergo in viridi observantia ponẽs casum a iure ciuili approbatum et a iure canonico non reprobatum. Et sic licite talis contractus celebrari potest secũdũ ana. vbi. ff. quod tene menti: quia quotidianum. Adde Jaf. in. l. cum ad presens. ff. si cer. petatur. ¶ Sed caue quia magister cõradus in suo tractatu de cõtractibus. qu. lxxj. tenet predictum contractum fore illicitum: quia fit principaliter spe lucri: inde qui cõtrahit querens emolumentum suum nullum subiturus laborem: nullãq̃ facturus expensam: quod est contra illud gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et contra illud Job. xj. Vir vanus in superbiam erigitur: ꝛ tanq̃ pullum onagri se liberum natum putat. Liberum inquam a predicto onere: de quo scribitur Ecclesiasti. xl. Graue iugum super filium adam a die exitus de ventre matris eorum. vsq̃ ad diem sepulture in matrem omnium. i. in terram de qua homo formatus est. Item adducit illud Job. v. Homo nascitur ad laborem: sicut auis ad volatum. Et apostolus ad ephesios. iij. loquẽs ei qui indiget temporalibus dicit. Laboret operando manibus suis quod bonum est: vt habeat vnde
6 tribuat necessitates patienti. Cum autem iste ꝑ contractus sit sine labore lucrum querens: ergo illicitus: sicut est contractus vadiationis qui lingua nostra apuesta appellatur. licet a lege permittatur positiua. vt. l. si rem. ff. de prescrip. ver. cum simi. A lege tamen diuina prohibitus est quia habet malas circunstantias. Quia vadiantes postea se incipiunt odire victus vincentem. Item in ipsa vadiatiõe exitur contentio inter vadiantes. Et alter nimis inniritur propie opinioni: et spe lucri principaliter vincitur. Item quia iste contractus suscipientis in se peri
7 culum: est. similis contractui quem faciunt ludentes ludo fortune spe lucri qui est illicitus. vt ibi latius per eum: quem rogo videas. Et finaliter conatur respondere ad. d. l. in naue saupheli. quod ibi non dicitur ꝙ liceat ꝓ mercede suscipere periculũ
9 rei aliene: sed bene ibi probatur quod si quis suscipit periculum rei aliene: et perit illa res: contra eum datur actio oneris aduersi. et illa potest esse adiecta actio ad actionẽ locati: puta quia potest alicui competere contra illum qui vltra hoc quod sibi illa res est locata vel ipse circa eam locauit operas suas (ꝛ sic solum tenetur de casu contingente ex dolo lata culpa, vel leui et non leuissima) etiam voluit suscipiendo periculum teneri de casu cõtingente ex culpa leuissima: alꝫ enim susceptio periculi esset frustra. Quia alias ex contractu locationis tenetur de aliis casibus: et sic posset competere ei cuius mercis periculũ quis suscepisset in primo casu. nec actio locati ad illum casum posset attingere: ad quez illa actio posset. Vel subtilius posset dici quod est omnino disparata actio ab actione locati potens conuenire alicui contra alium: vbi nulla locatio interfuerit vt i casu suscepti periculi de quo agitur. Nec ille que mihi non vigent vt a prima discedam opinione. fatetur tamen ille quod si suscipiens periculum mercium locauit operas suas ad merces custodiendas ꝓ vitando periculo: ꝓ aliquo pretio vel re temporali licitum est: vt ibi latius per eum. Ex quo infert ad saluum conductum ꝑ quem principes mercatoribus merces per sua territoria deferentibus concedunt. Nam dando mercatoribus saluum cõductum: expresse vel tacite pericula subeunt saltem de consuetudine adeo quod si per predones eis auferantur merces satisfaciunt vel satisfacere tenentur eis. Et hoc est quia illi principes apponere habent operas vt vitentur illa pericula. Quia purgare habẽt stratam a predonibus. quod tene menti. Et q̃uis ille non dicat hoc fuit de mente host. in. c. postulasti. §. de fo. comp. vbi dixit dominum loci teneri de predationibus in suo territorio commissis. Item clarius dixit ille in sum. ti. de cen. fi. §. ex quibus. pe. co. ver. breuiter puto. dicens ꝙ is qui pedagium recipit tenetur saluare soluẽtem infra districtum suum in persona et rebus: aꝫ propter talia pedagiũ solui cõsueuit: et si hoc nõ faciat peccat grauiter: quia et fine pedagio ad hec tenetur. [no. hoc et vide cepo. in trac. de seruit. vie. rj. co.] Nõ tamen dicit quod teneatur ad restitutionem pedagij: nisi cõstaret ꝙ hac de causa fuisset cõcessum. q̃uis tenetur ad satisfactionẽ plenariã quod plus est si in defectum iustitie inueniatur. xviij. q. ij. c. dñs. et q. v. c. administratores. Que verba sunt notanda ꝛ sempiterna memoria digna. Idem voluit archidia. in. c. si qs peregrinos. xxiij. q. iij. dicens ꝙ tenet is q̃ recipit pedagiũ vel vectigal: saluare in persona ꝛ rebus: ꝛ saluare soluentem iuxta suum posse infra suũ districtum: qꝛ propter hoc soluitur vectigal ꝛ hmõi. Alioquin tenetur ei ad emendationẽ per dictorum: si in defectũ iustitie inueniat. Hec ille. quem refert et sequit Bal. in. c. j. §. marchio. ij. co. ver. extra q̃ro de his qui feudum dare possunt libro feudorum. dicens per hoc ꝙ comites ꝛ barones teneant curtes suas in quibus colligunt pedagia tenere securas a latronib⁹: alias tenentur emendare damna depredatorũ idẽ Bal. in. c. j. §. cõueniculas. co. ij. ver. Sed illud est valde nota. dicens ꝙ ꝑ colligẽtes pedagia

Universidad de Deusto
Biblioteca

debẽt tenere itinera tuta. vnde si fit aliqua robaria in eorũ curia territorio seu districtu ab eis possesso vbi exigunt a transeuntibus pedagia: tenentur ea restituere vel malefactorem exhibere. ff. de incendio ruina naufra. l. nec quicquam. quod dicit esse valde notandum idem Bar. per illum textum in. l. j. in prin. ff. de his qui deiecerunt vel effuderint. dicens quod ciuitates debent tenere itinera secura: alias tenentur emendare damnum de robarijs. Idem tenet Florianus in. l. in lege. §. quoties. ver. item facit iste text. ff. ad. l. aquil. & in. d. l. j. §. summa. ff. de his qui deiece. vel effuse. dicens per illum text. quod de robaria cõmissa in fundo alicuius tenet dominꝰ fundi si sciẽs fuit. sic et si commissa fuerit in territorio alicuius ville: teneatur villa si fuit sciens quasi teneatur ad custodiam sui territorij: & hoc videtur sentire glos. in d. l. nec quicquam. Vide que plene scripsi in trac. insularum. c. iij. §. iij. intellige quando villa colligebat pedagium quod pro securitate prestatur vt dictum est et tenet odofredus in autentico habita. C. ne filius pro patre circa finẽ. versi. sed nunquid domini scholares. vnde qui soluit pedagium nõ potest capi pro reprefalijs: secundum eum quem refert & sequitur Bal. in. c. j. post principium. C. que sunt regalia libro feudorũ. de quo facit festum firmanus in tractatu gabellarum. ij. parte. penul. colum in princip. & Bartholomeus veronensis in. l. eum qui vectigal. finali. colum. ff. de verborum significationibus. & in tracta. de seruitutibus in rubrica de seruitute aque ductus. colum. l. ij. ver. Ego in hoc articulo. quod tamen intelligit ipse quando dominus vel villa que colligebat pedagiũ: sciuit et prohibere potuit. alias secus vt. d. l. nec quicquam in princi. cum notatis ibi per glo. & Bart. idem florianus vbi. §. Ego dubito de ista limitatione: quoniam vt videas iura & doctores preallegati artãt dominium vel villam pedagiũ colligentes ad custodiam viarum: siquidem nõ custodierunt: vel male quamquam ignorãtes sint: nõ excusarent eos a restitutione. quia non solum tenentur de homicidijs: furtis: rapinis & alijs malis q̃ sub eorum iurisditione fiunt ex eorum malitia: de quib⁹ esaye primo dicitur. principes tui infideles: socij furum. Sed etiam si fiant ex eorum negligentia licet ignoranter. ista sunt notanda verba supplementi in sum. pisana. in parte restitutio. vij. colũ. antepe. ver. bene ergo attendant domini. de quo meminit Fely. in. c. postulasti. §. de foro compe. col. iij. ver. ex istis tene. Vno tamen casu saluari potest decisio floriani et Bartho. veroñ. scilicet quando passus dãnum inciderit in diserimẽ sua culpa eundo per vias vel loca insolita: quo casu dominus ignorans non teneretur: vt noranter voluit Bar. in. d. l. j. in prin. ff. de his qui deiecerunt vel effuderint. vbi dicit quod stante pacto inter florentinos & illos de vbaldis quod deberent tenere stratam securam sub certa pena: quidam fuit spoliatus cum iret per alpes omissa via ordinaria fuit decisum quod non tenerentur per illum textum facit text. & quod ibi nota. Bar. in. l. ij. C. de cursu publico. lib. xij. vbi dicit quod transiens per viam tortuosam vel insolitam presumitur iturus contra deuentum. ad quod multa allegat Angelus Aret. in l. imperator. ff. de appel. dicens per illum text. quod vectigales: naute vel nuntij: tenentur ex casu occurrenti eundo per vias insolitas licet breuiores. alias autem non. Et idem in portatore qui vadit per viaz lubricosam. omissa bona licet longiori per. l. q̃ actione. ff. ad. l. aquiliam. ibi negligentius per lubricũ trãsierit. idem Salyc. in. l. eum proponas. C. de nautico fenore. cum his transit. Fel. in. d. c. postulasti de foro compe. iij. col. & in. c. olim. iij. colum. §. de excep. & paris de puteo in trac. findicatus. in verbo robaria in prin. de quo latius per firmanum in tract. gabellarũ in vltima parte. q. xiiij. vbi hoc vltimum limitat esse verum nisi iusta causa motus quis fuerit per viam inusitatam et non rectam: quia via recta erat ab aquis inundata. ar. l. ij. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. l. ultimo. C. de libe. l. cessat. ff. de publi. secundũ Sa. in. d. l. ij. C. de nautico fenore. Tũc enim est quid imputetur itineranti. vnde custos deberet etiam viam non rectam custodire cum illa eo tempore sit cõmunis. Ista in memoria reponenda sunt quotidiana: et suo tempore valde utilia: saltim in foro conscientie: vt sciant reges & domini temporales et ecclesiastici quam exactissimam debent adhibere curam in tenendo itinera & territoria sua transeuntibus secura. alias tenentur in foro contentioso et conscientie resarcire dãna eis illata. Et quamuis multa alia fa/ porem habentia venirent in mente: quia tamen nõ est hic locus accommodatus: sufficiant ista: quibus causam prestitit magister conradus faciens illationem predictam: et eam nullo iure probans. Et vt penam deuiantis euitem: ad vsitatam redeo viam.

10 ¶ Secundo infertur ex predictis quod si ego † fideiussi pro te in certa quantitate & tuos creditori instrumentum securitatis feci: pro qua fideiussione vel securitate cõuenimus q̃ mihi vnũ vel duos florenos pro quolibet cẽtenario dares: hoc licitũ est. q̃ hic nõ est mutuũ sed potius contractus innominatꝰ do. vt facias vel do vt des. Nã haberur respectus ad seruitiũ q̃ tibi facio. ppter q̃ & ppter periculũ cui me subijcio licite possuz cõmodũ habere. Unde in effectu videtur fieri q̃dã venditio crediti mei ad quod habendum et consequẽdum: multo forte maiores expensas feci. Ita dicit laurentius in dicto tractatu usurarũ. iij. parte. vj. col. ver. tertio de securitatibus. quẽ refert et sequitur ananias in. d. c. fi. xxix. col. j. de usur. et archiepis flo. vbi. §. §. lvj. & magister conradus in dicto suo libello de contractibus. q. xl.

11 Quod mihi satis placet. quoniam certuz est q̃ † licite possum recipere pecuniam vt fim fideiussor pro te. vt. l. si non remunerandi. §. fi. ff. mandati. et. l. hoc iure. §. j. ff. de dona. Et ibi no. Barto. & Pau. de castro. notat Bal. in. l. antique. C. ad velleia. ergo non est usura. q: in huiusmodi fideiussiõe periculo me submitto. cum te non soluente in termino: ego debeam pro te soluere: in qua solutione credo me tantũ dãnum passurum: q̃ rum commodum ex fideiussione consequor: eo quod tunc teneor sub usuris pecuniaz querere: aut res meas pretio vilioi distrahere. vel forsan perdo lucrum verisimiliter speratũ (vltra expensas: dubietate lucri defalcata): ex pecunia quam pro te soluere cogor. Itaq; reuera maluissem esse a fideiussione supportatus et illius commodo carere quam fideiussionem subire: et p ea vnum vel duos florenos percipere. cũ vtroq; casu damnũ patiar vel in rebus meis vel in lucro cessante. Si ramẽ nec damnum patior: nec lucrũ perdo ex huiusmodi fideiussione: videtur qõ non possum eius ratione aliq̃d exigere. Saltim ratione interesse: q̃ vis te non soluente ego pro te soluissem. Quia cessat ratio exactiõis de qua supra. Sed si patior damnũ vel perdo lucrum non tm in quãtitate conuenta. illũ solũ exigã: non qõ a principio fuit conuentũ: qz in illo solũ erat licitum pactum. Unũ vtile non vitiatur propter inutile: vt dixi. §. co. cccxxxvj. ver. ita reperio consultũ. presertim cum a principio ratione verisimilis dubij: licite fuit deductum in pactum vt ex precedentibus satis liquet. Et bene dixi quod ratione interesse non possit exigere: quando interesse non patior vel damnum si tamen nomine pene pascisco: tecum vt si non solueris in termino: des mihi duos florenos. quatenꝰ metu pene sis in soluendo solicitus. Et ego non tenear pro te soluere: licita est conuentio. Idem si ratiõe periculi suscepti hoc fiat. dũmodo cesset dolus & fraus & malus animus. Nam si ego volens tibi mutuare supposui titium qui meam pecuniam tibi mutuo daret sub fideiussore: ego vero pro certa pecunia fideiussi pro te: illicitam rem facio. cum in effectu pecuniam meam tibi mutuo & pro mutuatione: mercedẽ capio. Item si ego sciens te non posse in termino soluere: stipulatus sum a te nomine pene duos florenos si in termino non solueris: pessime egi. Item si ratione periculi solus vnus florenus erat competens interesse ego suscipio duos: illicitum est. vt est de mente doctorum in preallegatis locis signanter magistri Conradi. d. q. xl. qui pulchre loquitur. ¶ Ex his

12 tertio infertur † quod si ego recepi pecuniam tuam vltra mare transportandam & tibi reddendam certo pretio ibi constituto: non est usura nec contractus illicitus: siue suscipiam in me periculum cuius causa licite possum aliquid recipere. vt. s. dictum est: siue non: quia est locatio operarum vel custodie. Ita dixit Inno. quem sequitur Hosti. Ant. & alij in. d. c. fin. j. de usuris. Et ibi Anania. iij. col. qui allegat ad hoc dictam legem in naue. & l. qui operas. & l. qui mercedem. & l. si. ff. locati. Fatetur tm Inno. qõ si non accipio pretiũ tm vt portem sed vt negotiatori mutuo darem: vt in ea negotiet: tunc bene est usura. q: pecunie nullus est usus vel utilitas vtendi: si detineatur in archa nec deterioratur vtendo. vt. c. ejiciens. lxxxviij. di. & cum hoc transeunt Host. Joã. an. & alij in. d. c. fi. & Hosti. in summa eo. ti. §. an aliquo. versic. sed nunq̃d pro traiectitia. vbi inter cetera dicit qõ traiectitia pecunia que est illa que periculo creditoris i nauigio recepta dat & trasicẽda. ratione naturali usura reputatur: non obstante quod creditor in se periculum retineat: q: aut recipiẽ. iuuat se de denariis aut non: si non iuuat se: iniquum est quod creditor ab eo lucrum exigat quod non habuit. Si iuuat se: ergo non remanet dimidium penes creditorem: q: consumptiõe amittitur & fit alterius. vt. l. si alicui. ff. de solu. & lege si a furioso. §. fina. ff. si cer. peta. & l. sequenti. Et sic patet quod non debet ab eo lucrum recipere. si re propria vtitur et cum ea lucratur. Et periculum quod in se retinuit: in nullo releuat: sed potius oneratum relinquit. Imputet ergo sibi qua re periculum in se retinuit. Hanc doctrinam veluti singularem refert et sequitur Anania in dicto ca. fi. secunda colũ. j. de usur. ¶ Ex qua infertur ad decisionem dubij de quo alias dum causa peregrinationis in oppido de Guadalupe exigerem a quodam religioso fui interrogatus: qui mihi dixerat se multoties in penitentia hunc casum habuisse. Volebat citius ire Venetias seu Flandres in tua naui qui mille ducatos secum deferebat quibus tu dominus nauis ad instruendam nauem arq; pro victualibus et alijs necessarijs indigebas. Conueniisti cum titio quod daret tibi illos mille ducatos hoc pacto quod si nauis accederet salua tibi restitueres ducatos mille et centum. Si autem nauis periret: perirent etiam ducati periculo titij. dubitabat religiosus ille nunquid iste contractus licitus esset propter periculum quod in se titi⁹ suscipiebat cum presertim si ipse pecuniaz secum deferret que paruo loco custoditur et portatur: citius et melius potuisset ipsam saluare: quam cum ea victualia vel alie merces comparata fuerint. Sed veritas est quod iste contractus illicitus est & usurarius vt apparet ex predictis: nec video interesse ipsius titij dantis pecuniam ex quo ille in pecunia volebat illam deferre. & in omnẽ euentum vult certum lucrum habere: siue recipiens aliquid lucretur in mercibus vel victualibus: siue perdat: quo casu omnes fatentur contractum fore usurarium licet concedens pecuniam in se suscipiat periculum. vt dicto capitulo fina. j. de usuris. & probatur in dicta. l. periculi. ff. de nauti. feno. est gloss. singularis de iure ciuili. in. l. cum duobus. §. item ex facto. ff. pro socio. vbi vide Paul. de castro secundum quod refert Ang. de are. in. §. de illa. in fi. inst. de societa. qui dicit hoc fore corde tenendum cõtra has mulierculas: que dant pecuniam transferendum in arte lane iuxta decretalem nostram et in se recipiunt periculum. volunt tamen decem annuatim & sic q̃d certum. nam est usura secundum eum. Idem voluerunt Cardi. & Abb. in presenti: & Petrus de vbaldis in suo tractactu de societate. iiij. parte. vj. col. dicentes non esse licitum a principio conuenire vt dans pecuniam debeat habere certum lucrum taxatum. ¶ Ad cuius confirmationem facit no. decisio Bal. in. l. rogasti. §. j. ff. si cer. peta. quem refert & sequitur Anania in dicto. c. fi. xliij. col. j. de usuris. vbi dicit q̃ si mutuaui tibi decem: que promittis mihi reddere in nundinis: & si non reddideris promittis mihi q̃ndecim & confiteris exnunc prout extũc tantum esse interesse meum & pro interesse meo quod est tantũ: facis istam promissionem. iste contractus non est illicitus: quia pascisci tur a principio de certo lucro. Idez in effectu voluit Bald. in. l. vnica. iij. col. versi. quid si promitto tibi. C. de senten. que pro eo quod inte. pfe. & Anchara. consilio. clviij. incipi. in christi &c. In questione que vertitur quos refert & sequitur Alex. consilio. lxj. ad finem. in secundo volumine incipiẽ. redemptoris &c. viso processu. & consilio xxvij. ad fi. in. iiij. volumi. incipi. redemptoris &c. viso themate. & Feli. in capitu. cum venerabilis. iij. columna. versi. intellige. iij. §. de exceptio. Idem tenet Ludo. cõsil.

clxxij. colum. incip. circa propositum. ¶ Imo quod plus est si quis tradidit alteri centum ducatos mox in suis necessitatibus expendendo sub hoc pacto qõ sicut similes centum ducati apud titium mercatorẽ lucrabuntur vel perdent: sic isti centum ducati illi traditi lucrentur vel perdant. nam etiam iste contractus secundum plures doctores videtur vsuram sapere: vt late tradidit Archiepiscopus Florẽ. in sum. secunda parte. titulo primo. capitulo. vij. §. xvij. quẽ per te videas. multo ergo fortius idem dicẽdum erit quando quis pascisci tur de certa quantitate rationẽ lucri. ¶ Fateor tamen quod si titius illos centuz ducatos quos recipit vltra sortem: recipiat ratione periculi vt pretium periculi precise: non est vsura sed licitum. Nam etiam si non mutuaret: & periculũ nauigantis in se vellet recipere: licite posset recipere pretium periculi. nec propter hoc quod ei seruitium faciat in mutuando efficit deterioris conditionis. Idẽ si partim reciperet ratione periculi & partim ratione mutui. Nam in eo quod ratione periculi recipit: licitum est. sed illud quod recipit ratione mutui: illicitũ est: & tenetur illud restituere vt apparet ex predictis & tenet expresse Jo. cal. in dicto. c. fin. de vsuris. et refert & sequitur Archiepiscopus Florẽ. vbi. s. §. xvij.

pertinacia notari vel conuinci circa materiam heretice prauitatis: per Jo. gerson. i. parte alphabeto. xiiii. quas in effectu prosequitur do. Jaco. de villascula eps malacensis in suo elegãti opere de religione Christiana parte. iii. c. vij. qui pulchre loquit. cui adde glo. notabilem in extrauagante Joan. xxij. incip. cum inter nonnullos in verbo pertinaciter vbi ponuntur septem modi quibus aliquis dicitur pertinax. TJO.

§ 4 **Et secũdum ista intelligi debet** ter. in. d. c. q̃ in ecclesia. xxiiij. q. iij. dum dicit si correcti vt sanum rectũq; sapiant. resistũt cõtumaciter: suaq; pestifera ⁊ mortifera dogmata emendare nolũt: sed defensare persistũt. Sic etiã intelligi dz. c. dixit apostolus: dũ dicit hereticum hominẽ post primã ⁊ secundã correctionem deuita. ADDJ vide notãter per Gersonem parte. i. tractatu de protestatione circa materiã fidei: cõsideratiõe. xi. alias alphabeto xiiij. s. TJO. Aliq̃ glossatores exponũt sic. post primã q̃ fit in publico deuita seruato ordine correctionis fraterne. que expo. bona est. si intelligatur apostol⁹ loq̃ de fraterna correctiõe. Sz si intelligat apostolus loq̃ de correctiõe q̃ fit p iudicẽm in foro iudiciali [qõ vident innuere ꝺba apostoli recte intuẽti] intelligẽdũ est qõ prima correctio est illa q̃ fit p iudicẽ dũ in primo lapsu penitẽtiã dat ⁊ corripit hereticuz abiurata hereſi. Sc̃ dauero intelligat illa q̃ relapsuz publice arguit: ⁊ pdẽnat de relapsu. q: post abiuratiõnẽ: pprio se condẽnat iudicio: eoipso qõ iterũ labik in eam quã prius abiurauit. tũc em̃ q: errorẽ laudat: ⁊ virtutẽ vituperat ab ecclesia pellẽdus est fm glo. ibi ita notanter dicit do. Augu. de anchona in lib: o de ptãte ecclesie. q. xxviij. art. iij. in solutiõe p̃mi argumẽti ¶ Aliter tñ exponit sanct⁹ Tho. ad Titũ iij. c. dicens qõ apostol⁹ scribẽs ad titũ volebat sibi ostẽdere quos debuisset vitare seu essent vitãdi ab hominib⁹ vel inter hoies: ⁊ dicit quod hereticí. dat rationẽ huius dicẽs. q: subuersus est: qui eiusmodi est ⁊c. Vult tamen ꝙ moneatur bis ⁊ ter vt dimittat errorẽ: ⁊ si nõ dimittit: tunc est hereticus ⁊ vitandus. Terna em̃ monitio requirit vt sufficiẽs ad oĩa. iuxta illud cor. in. c. fi. ij q. i. c. Deus omnipotens. Eccelaim tertio hic venio ad vos. Cũ errante em̃ agendũ est a principio: vt corrigat iuxta illud Matthei. iz. Non est opus valentibus medicus ⁊c. ideo nõ est diuittẽdus quouscp̃ videat si curari poterit. Sed si nõ põt sanari tũc dimittend⁹ est: iuxta illud luce. xix. Ex ore tuo te iudico serue neq̃. Jdẽ sentit ipse. ii. ij. q. xi. arg. iij. in corpore questionis. dicẽs ꝙ circa hereticos duo sunt cõsideranda. Unum quidem ex parte ipsorũ: aliud vero ex parte ecclesie. Ex pte q̃dẽ ipsoz est peccatũ p qõ meruerant non solũ ab ecclesia per cõmunicationẽ separari: sed etiã per mortẽ a mũdo excludi. Ex parte aũt ecclesie: est misericordia ad errantium conuersionẽ: ⁊ ideo nõ statim condẽnat: sed post primã ⁊ secundã correctionẽ: vt apostolus docet. Postmodũ vero si adhuc ptinax inueniat: ecclesia de eius conuersione nõ sperans aliorum saluti p uidet: eum ab ecclesia separando per excommunicationis sententiam: ⁊ vlterius relinquit eum iudicio secularí a mundo exterminando per mortem: vt dicit Hieronymus et habetur in capitulo resecande. xxiiij. questione tertia. hec sunt verba Thome: per que vult quod non incontinenti sint igni tradendi: sed omnibus modis trahendi sunt ad ecclesiam. ad hoc ter. valde no. in. c. conuenientibus. s. q. vij. §. itẽ petrus. vbi litera petrus apochrisarius Pape dixit. Rome exulatus est machanius heretic⁹ a sancta sexta synodo: quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster benedictus Papa: ⁊ quotidie mittebat ad eum Bonifacium cõsiliariũ suum: ⁊ instruebat eum cõmonitoriis verbis ex diuina scriptura ⁊ nullatenus voluit emendari. Hoc aũt faciebat vt eũ reciperet in ordine suo. Ecce quod machari⁹ publicus erat hereticus: ⁊ captus ⁊ detentus a Papa benedicto. Sed nihilominus ipse Papa mittebat ad eum secretarium doctrine: vt eum instrueret ⁊ adverã fidẽ conuerteret. Melius enim est ⁊ sanctius p hunc modum peccantes ab erroris laqueo eruere: quã per austeritatem in foueam perditionis propellere micantes. vt inquit Hiero. super Hieremiam. ⁊ habek in. c. recedite. xlv. di. nam vt Augu. ait in epistola ad Vincentium. ⁊ habek in. c. quẽ admodum. xxiiij. q. vij. q̃rim⁹ pditos vt deinuẽtis gaudere possimus. dicentes mortuus erat frater ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est ⁊c. hoc est qõ nos docet Christus Matthei. xviij. ⁊ Luce. xv. dicens. Quis ex vobis habet centum oues ⁊ si perdiderit vnã ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deserto ⁊ vadit ad illã donec inueniat eaz ⁊c. dico vobis quod ita gaudium erit in Celo super vno peccatore penitentiam agente: ꝙ super nonaginta ⁊ nouẽ iustis qui non indigent penitentia. habek transumptum in. c. penitentem. xxvj. q. vij. ⁊. c. serpens. de pen. di j. ⁊ ob hoc calixtus Papa: vt habek in. c. põderet. l. dist. inter alia dicebat si aliquis lapsus quoquomodo fuerit: ponamus eũ ⁊ fraterno corripiamus affectu. vñ si correctus errorem corrigat: vel corrigi paratus fit: iste nõ poterit dici hĩtic⁹ pinax: nec vt talis curie seculari relaxari: vt. s. dixi. ⁊ pbak in. d. c. ij. de sũ. trĩ. ⁊ in. c. nec licuit. xvij. di. ⁊ in. c. hec est fides. xxiiij. q. j. ⁊ in allegato. c. dixit apostolus. dum dicit. Sed qui iniam suam q̃uis falsam arcp̃ peruersam. nulla ptinaci animositate defendunt: psertim quã non audacia sue p̃sumptionis pepererint. Sz a seductis atcp̃ in errorẽ lapsis parẽtibus acceperunt: querũt aũt cauta sollicitudine veritatem: corrigi parati cum inuenerint nequaquã sunt inter hereticos deputãdi. hoc iõ est qz nõ habent electionẽ contradicentẽ ecclesie doctrine ex quo pati sunt corrigi. ita declarat sanct⁹ Tho. secunda secũde. q. j. ar. ij. in solutione. iij. argu. ⁊ gencellinus ⁊ Lardi. in cle. ad nostrum. §. penultimo. de hereticis. ¶ Quamuis ergo teneat aliquis ea que sunt contra fidem: dummodo paratus fit corrigi: nõ est hereticus. possibile est enim aliquẽ negare assertionem catholicam. apud catholicos diuulgatam: si tamen est paratus corrigi: si ostẽdatur sibi quod dicta assertio in sacra pagina: vel in determinatiõe ecclesie continetur: talis non est statim hereticus iudicandus: sed examinandus est: an paratus fit corrigi: et de fide cũ diligentia informandus: et si tunc errorem suum correxerit: bene quidem: si autem

pertinaciter permanserit: vel non redierit: est vt hereticus iudicand⁹. istud est quod volũt iura predicta si recte considerentur. ¶ Ex quibus infertur quod illa sola monitio vel correctio censenda est legitima: vel sufficiens reputanda: qua per episcopũ: vel inquisitores: vel aliũ iuris peritum erranti ostẽditur aperte quod assertio sua: catholice obuiat veritati ita quod iudicio intelligentium: nulla possit tergiuersationẽ negare quin sit sibi sufficienter et aperte ostensum quod error suus catholice veritati repugnat. Unde si errans querit certificari de errore: et certificatus statim reuertatur non preuentus a iudice: non est hereticus: nec aliquam penam meretur. Si autem patitur se preueniri. et delictum est occultum: ⁊ statim absq; aliqua resistentia paratus est redire: adhuc non est puniẽdus: vt hereticus. Si autem notorius est ⁊ patitur se dãnari: postea vult redire adhuc recipitur: sed penam patitur: quia detruditur in carcerem. vt. c. pe. de here. ista sunt nota bilia verba do. Anto. in rubrica de summa trini. fin. col. ⁊ ad propositum nostrum satis accommodata. Cum autem in casu nostro iste rodericus motus naturali ratione crederet duos esse deos patrem et filium: hunc autem errorem pertinaciter non tenebat: nec defenderet: imo credebat ecclesiam sic tenere paratus corrigi: docto sibi errore: et statim qõ fuit edoctus correctus seu monitus per inquisitores in prima sessione: quãuis delictũ erat occultum confessus est errorẽ: ⁊ se correxit: erroris veniam cum lachrymis postulans: ergo per consequens non põt hereticus pertinax dici. [Aide cepolam cancella. 183 incipiẽ. bonum ⁊ vile consilium.] vt patet ex predictis: ⁊ in terminis nostris firmat Jnno. in. c. firmiter. in fine. de summa trini. dicens ꝙ si quis tenet fidem impliciram: credendo quicquid ecclesia credit sed falso opinatur ratione naturali motus ꝙ pater maior vel prior sit filio: vel ꝙ tres persone sint tres res a se inuicẽ distãtes: non est hereticus: imo nec peccat. intellige vt infra sequitur: dummodo hũc errorẽ suum non defendat ⁊ hoc ipsum credit: qz credit ecclesiam sic tenere: ⁊ suã opinionem fidei ecclesie supponit: quia licet male opinek nõ est illa fides sua. imo fides sua fides est ecclesie: vt. d. c. dãnamus in fine. ista sunt famosa verba innocentij vbi supra. hoc idem referunt ⁊ sequunt Bal. Anto. cardi. abbas ⁊ alij in rub. eo. ti. abbas. ⁊ Fel. in. c. s. de hereticis. Jo. de ana. in. c. firmissime. eo. ti. Car. in cle. s. §. porro. iij. q. de summa trini. ⁊ in cle. s. de vsuris. §. ñ. q. ij. in fin. Bal. in rub. C. de summa trini. in fi. reputãs hoc valde notãdum ad excusationem rusticorũ et idiotarũ qui sepe impugnt de heresi per inquisitorẽ fm eux. ¶ Jdẽ licet sub alijs verbis sentit sanctus Tho. tertio senten. dist. xxv. q. ij. in solutione p̃mi arg. vbi dicit ꝙ non condemnantur simplices pro hereticis: qz nesciunt articulos: sed qz pertinaciter defendunt ea que sunt contraria articulis. qõ non facerẽt nisi pro heresi fidem corruptã haberent: qz licet necessariuz sit cuilibet credere articulos fidei quãtũ sufficit ad dirigendũ in vltimũ finẽ fm eundẽ Tho. vbi supra q. s. ar. s. Satis tñ erit laico maxie idiote credere articulos fidei implicite fm ꝙ ecclesia credit vt tradit Jnn. quẽ oẽs referũt ⁊ sequunt in. c. firmiter. de summa tri. abbas ⁊ alij in ru. e. ti. Et hinc est ꝙ dubitãs vel male sentiẽs de articulis fidei non est proprie hereticus: vt dixit gl. no. in. §. qz vero. xxiiij. q. iij. q̃ inter alia dicit ꝙ qui nõ tenet articulos fidei. dicit large hereticus. quã gl. reputat singularẽ Joã. de ana. in dic. firmissime. in fi. de hereticis. Jdẽ tenet Jac. bu. in. l. ñ. c. ti. C. quẽ refert ⁊ sequit idẽ Jo. de ana. in. c. s. in fi. eo. ti. Jdẽ tenet Lardi. in. d. cle. s. de summa trinita. §. porro. ad fi. Sunt enim aliqua in fide ad que explicite cognoscẽda omnis homo tenetur. ADDJ Utputa articulos fidei omnes fm beatũ Thomaz secũda secũde. q. j. ar. v. vel saltẽ eos qui cõsterin ecclesia docenk et predicank fm Scotũ tertio sententiarũ dist. xxv. de quo plenius disserit eps Malacẽsis in suo eleganti opere de religione christiana pte secunda. c. ij. vbi fm magis ⁊ minus christianos ad hãc explicitã credentiã teneri dicit fm personarum qualitatem. Unde non equaliter omnes vt ibi late prosequitur quem rogo videas quia pulchre loquit TJO. Unde si in his aliquis erraret: infidelis reputatur ⁊ hereticus si pertinaciã adiungat. Sunt alia ad que explicite credenda homo non tenek: ⁊ in his errãs non efficit hereticus: vt si aliquis simplex credat Jacob patrẽ fuisse abrahe: qõ est cõtra veritatẽ scripture. quã fides profitetk: quouscp̃ hoc sibi innotescat ꝙ fides ecclesie contrarium habet quia nõ discedit per se loquendo a fide ecclesie: nisi ille qui scit hoc a quo recedit de fide ecclesie esse. ista sunt notãda verba sancti Thome quarto sententiarũ distinc. xiij. questione secunda in solutione sexti argumenti. quem sequitur archiepiscopus Florentinus secunda parte summe ti. xij. c iij. in fi. Et quãuis ille nõ dicat: hoc idem voluit sanctus Thomas primo sententiarum distin. xxxiij. ar. v. in corpore questionis dicẽs. ꝙ contradictio de his que ad fidẽ pertinẽt: potest esse dupliciter. vel quia est de illis que expresse in articulis fidei continenk: quos scire omnes tenenk: ⁊ circa talia contradictio non est sine peccato in altero vel erroris simplicis: vel heresis si pertinacia adiũgak. vel est de illis ad que cõsequit aliquod inconueniẽs et contrariũ fidei: licet in fide expressum non sit: nec determinatũ: ⁊ tũc ante pertractionẽ per quã scitur ꝙ aliquod inconueniẽs fidei sequit: potest vtrumcp̃ sine peccato opinari: ⁊ maxime si pertinacia nõ adiungatur. Sed pertracta veritate: ⁊ viso qõ sequit. Jdem iudiciũ est de his: ⁊ de illis que determinata sunt in fide: quia ad vnũ sequit alterũ: sicut si aliqs simplex ⁊ scripturas ignoras crederet Jacob patrẽ ysaac fuisse: ad qõ sequit scripturã esse falsam. quod est expresse cõtra fidem antequam sequi ostenderetur ibi posset eius opinio sine peccato esse: sed ostẽso quod sequitur scripturã esse falsam: si adhucin opinione pertinaciter perfisteret: hereticus iudicãdus esset. hec ille. Hoc etiã fuit de mente sancti Thome secunda secunde. q. iij. ar. vj. in solutione. vj. ar. vbi dicit ꝙ simplices nõ sunt examinandi de subtilitatib⁹ fidei: nisi qñ habek suspitio qõ sint ab hereticis deprauati: qui in his que ad subtilitatẽ fidei ptinent: solẽt fidẽ simpliciũ deprauare. Si tñ inuenianк non pertinaciter peruerse doctrine adherere. si in talib⁹ ex simplicitate deficiant non eis imputatur. Hec ille. Jdem sentit super epistolas pauli ad titum. c. fi.

ſi.co.ver.ſi.ex parte electionis.vbi dicit q̄ ſi eligẽs errorẽ fidei non est pertinax:ſed est paratus corrigi:ſecundum eccleſie determinationem:et ſic nõ est ex malitia:ſed ex ſimplicitate vel ignorantia:nõ est hereticus. Idem petrus de palude.iiij.ſentẽ.diſtin. xiij.q.ij.dicens q̄ hereticus dicitur ab electione ſeu herendo:ꝛ hereſis est ſecta vel diuiſio:ꝛ apo hereſi quod est electio vnde quando ex electione et non ſimplici ignorantia quis diuidit ſe a fide catholica in quocũq̄ articulo quez tenetur explicite ſcire:vel alio per eccleſiam declarato cum pertinacia ipſe est hereticus vere. Secus ergo ſi ex ſimplici ignorãtia vel imperitia. Et videtur mihi ſatis rationabile ac conſonum ignorantibus enim et ſimplicibus parcẽdum est.vt c.ſuper litteris.de reſcrip.ꝛ.c.inter cor poralia.de translatione prela.prope finem ibi.veniã errori dedimus:quia non ex malignitate:ſed ex ſimplicitate peccarunt.ad idem.c.cuz vniuerſorũ.de rerum permuta.ibi vt tñ ſimplicitati venia tribuat.ꝛ c.tanta.lxxxvj.diſtin.in fin.dum dicit.ſed quia ſimplicitatem tuam cum ſenectute cognouimus ꝛc.et collegit ibi glo.q̄ parcitur ſimplicitati. Ad idẽ pulcher tertus in.c.ſcriptura de conſecratio. diſtin.ij. vbi littera.ſi quis de anteceſſoribꝰ noſtris vel ignoranter vel ſimpliciter nõ hoc obſeruauerit:ꝛ tenuit quod nos dominus facere magiſterio et exemplo docuit:poteſt ſimplicitati eiuſdem indulgentia dñi venia concedi. Ex quibus omnibus patet q̄ huic ruſtico ſimplici parcẽdum est quamuis erraret preferendo verba predicta. Qualitas enim perſonarũ in dictis ꝛ factis attendenda est.vt.l.ſ.C. ſi q̃s impera.male.cum concordantiis. ¶ Ad predicta facit notabilis deciſio matthei doctoris antiqui ꝛ magne authoritatis in cle.ſ.§.nos igitur.de ſumma trinita.et Jo.de ligniano.quos ſequit ibi dñs card. in.iiij.q. Itẽ matthеus in cle.nolentes de hereticis. quez refert et ſequitur ibi Jo.de imo.pe.co.in prin. Lapus abb.in cle.vna.§.ſi.de vſuris quem refert et ſequitur ibi dñs cardi.in.v.q. qui oẽs conformiter tenẽt q̄ ſi quis per lubricũ lingue aut ſoco vel fatua ſimpliciter aſſerat aliquid hereticum: vtputa q̄ exercere vſuras non est peccatũ:non est hereticꝰ: neq̄ per inquiſitores in aliquo debet puniri. Sed per eiꝰ ordinariũ imponetur ei ſaltim aliqua leuis penitẽtia ſalutaris. ADDJ Lubricum enim lingue: ad penam facilem trahendũ nõ est vt dicit rex.in.l. famoſi.ff.ad legẽ iuliam maieſta. ¶JO. Aliqui tñ ex predictis fatentur q̄ etiam per inquiſitores ꝛ iudices fidei poterũt leuiter caſtigari:ratio est q: iſto caſu non cõcurrunt neceſſaria ad hereſim.ſcz error in intellectu:et pertinacia in volũtate.ergo ꝛc. Luz autẽ in caſu noſtro iſte rodericus delatus verba p̃dicta protulit:aut ex lapſu lingue:aut fatua ſimpliciter vel diabolica ſuaſione credens eccleſiam ſic tenere paratus corrigi non ſerioſe vel pertinaciter vt ſepe dictum est:concluditur de neceſſario q̄ non põt dici hereticꝰ pinax. Quia de eiꝰ pinacia nec cõſtat:nec conſtare poteſt.vt apparet ex predictis.

Et per iſta meo iudicio tollitur de medio vnũ q̃d tãq̄ precipuum adducit dñs promotor fiſcalis cõtra eũ dicendo.q̄ ex quo iſte rodericus fuit dubius in his que ſunt fidei:infidelis est hereticus.vt.c.ſ.de here.q: vt ibi dicit Jo.and. quẽ alij ſequuntur illud procedit q̃n in tali dubitatione habuit firmitatẽ animi et quandam pertinaciam.vt q: perſeuerat in illa dubitatione.alꝰ ſecꝰ. Hoc idẽ tenet Auguſtinus de ancha.in libro de poteſtate eccleſie.q.xxviij.arti.ſ.vbi ponit quinq̄ modos quibus aliq̃s põt eſſe dubius in fine. ADDJ quem refert ꝛ ſequitur archiepiſcopꝰ florentinꝰ.iij. parte ti.xxiij.c.ſi.§.r.de poteſtate pape ꝛc. recitat dñs epiſcopus malacenſis in prealleg ato ſuo opere de religione chriſtiana.parte.ij.c.iiij.vbi multa cumulat ad intellectũ p̃dicti.c.ſ.de hereticis.que p te videas.vbi reperies an et q̃n dubius in fide debeat hereticꝰ cẽſeri. ¶JO. Idẽ effectu voluit Guillelmus doctor antiquus prout refert archiepꝰ florentinus in ſumma.ij.parte tit.xij.c.iiij.in fine principij dicens.q̄ tũc dubius in fide infidelis est q̃n ſponte vult dubitare:ſecꝰ ſi vacillat circa fidẽ ex tẽtatiõe: ſed cũ diſplicentia rationis quaſi tunc ſit paratus corrigi.et per conſequens non adheret dubitationi cum pertinacia. Vel aliter potest intelligi q̄ dubiꝰ in fide ſit infidelis q̃n dubitat de tota fide chriſtiana quoniam talis, cenſetur, pertinax er incorrigibilis:ſeu pertinaciter dubitans q: non est paratꝰ corrigi per doctrinã quã dubitat verã. Cuz nullus niſi per veritatẽ corrigi velit. Secus tñ est de illo q̃ totam fidem generaliter tenet ſaltim implicite:dubitat tñ de aliquo articulo ſpeciali neſciens illuz in ſacris litteris contineri:vel credit aliquid aliter intelligi per aliquam auctoritatẽ ſacre ſcripture quã male intelligit. Nã iſte talis non iudicat hereticꝰ ex quo paratus est corrigi et non pertinaciter illud tenet:q: tũc remanet aliq̃d ex fide p q̃d pbari põt eiꝰ error.ita notãter intelligit dictũ.c.ſ.Guillelmiꝰ ochã in ſuis dialogis.ſ.parte lib.iij.c.x.ꝛ alibi non legi.de quo ibi latius per eũ. ADDJ Adde q̄ diſcredens vnum articulum fidei non habet fidem formatam nec ifoꝛmẽ.vt late ꝛ ſingulariter firmat ſctus Thomas.ij.ij.q.iiij.ar.iij.cuius meminit doctor de villa diego in tractatu hereſeos.q.xx.col.iij.¶JO. Cũ aũt iſte rodericꝰ ſimpliciſſimꝰ homo teneat q̃cquid tenet ſacroſancta mater eccleſia:q̃is dubitaret de vnitate eſſentie diuine ꝓpter authoritatẽ male intellectã:vel ex ſimplicitate:vel diabolica ſuaſione paratus iñ corrigi:nullo modo poteſt dici hereticus pertinax. Credit enim iſte rodericus deum patrẽ: deũq̄ filium Jeſum Chriſtum paſſum ſurreziſſe et remuneratorem bonorum operum ꝛc.quod ei tanq̄ laico idiote ſufficit credere:iurta illud heb:xi. Sine fide inquit ipoſſibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deuz q: est.ꝛ inquirentibus ſe remuneratoꝛ: ſit.hoc ideo dicit apoſtolus:quia nemo poteſt placere deo niſi accedat ad ipſum. Jaco.iij. Appropinquate deo et appropinquabit vobis. ps. Accedite ad eum:et illuminamini. Sed nullus accedit ad deum niſi per fidem quia fides est lumen intellectus. ergo nullus poteſt deo placere niſi per fidem. Accedentem autẽ per fidem oportet credere cõio tãq̄ termino motus qui est ipſe deus vnde dicit oportet accedentẽ credere deũ q: est.oportet etiã q̄ accedens ſciat q̄ deꝰ habeat

prouidentiã de rebus:aliter nullus ſret ad ſpm ſi nõ ſperaret aliquã remunerationẽ ab ipſo:vñ dicit ꝛ inquirentibꝰ ſe ꝛc. Eſai.liij. Ecce dñs veniet ecce merces eius cũ eo.merces autez est illud q̃d homo q̃rit ex labore. Matthe.xx. Voca operarios ꝛ redde illis mercedẽ ſuã. q̃ merces nihil est aliud q̄ deꝰ.q: ni hil extra ipſum dz homo querere. Beñ.xv. Ego protor tuꝰ ſum:ꝛ merces tua magna nimis. deꝰ em̃ ni hil aliud dat niſi ſeipſum. ps. Dñs pars hereditatis mee ꝛ calicis mei. Treñ.iij. Pars mea dñs dixit aĩa mea ꝛc. Et ideo dicit remunerator est inquirentibus eũ non aliud. p. Querite dñm ꝛ cõfirmamini: q̃rite faciem eius ſemp. Hec.s. Thom. vbi.ſ.ꝛ subdit:q̄ hec duo ſufficiũt ad ſalutẽ credere deũ esſe remuneratorẽ bonorũ ꝛ credere articulos implicite:vt etiã tenet Jan.in.c.firmiter. An. Card. Abb. ꝛ alij in rubri.e.ti. q: poſt peccatũ primi parẽtis nemo potuit ſaluari a reatu culpe originalis niſi p fidẽ mediatoris. Sed iſta fides diuerſificata est q̃tuz ad modũ credendi ſm diuerſitatẽ tẽporꝝ ꝛ ſtatũ. Nos autẽ quibꝰ est tm̃ bñficiũ exhibitũ:magis tenemur credere q̄ illi q̃ fuerũt ante aduẽtũ Chriſti. Vñ credere debemus in deũ explicite. Alia vero ſufficit implicite credere preſertim idiotis ſimplicibus laicis ſet mulieribus:vt per ſanctũ Tho.vbi.ſ.q: quẽ latius loquit.ꝛ.ij.ij.q.ij.arti.v in corpore.q.ꝛ latius ꝛ meliꝰ Bonauẽtura.iij.ſen.d.xxv.ar.ſ.qui dicit q̄ aliquos articulos fidei renent laici explicite credere.ſ.deum eſſe trinũ ꝛ vnũ ꝛc. alios implicite. Sed ad caſuz noſtrũ:non est vis vtrũ quis dubiter vel erret in articulis quos tenek explicite credere vel in his quos ſufficit implicite credere.q: neutro caſu incurret hereſim niſi pertinacia adiungat ſm Tho.iiij.ſen. diſtinc.xiij.q.ij.in ſolutiõe.vſ.arti.ꝛ Archiepm.ij. parte ſumme.ti.xij.c.iiij.in fi.ꝛ Pe.de palude.iiij.ſen. diſtin.xiij.q.ij.in p.in.de quibus.ſ. habita ſit mentio. Sed quãuis excuſetur q̃s ab hereſi ſi errat in his que explicite credere tenetur ſi pertinaciam nõ adiungat:non tamen excuſatur a peccato.

§ 6 **Et ſecundum iſta intelligo illud** q̃d notãter dicit ſanctꝰ Tho.ſ.parte.q.xxiij.ar. iij.in corpore quẽlibꝰ dũ dicit q̄ in his q̃ ad fidez primẽt directe ſicut ea que ſunt nobis principaliꝰ diuinitꝰ tradita:vt deũ esſe filiũ dei esſe incarnatũ et hmõi:circa iſta falſum opinari:hoc ipſo inducit hrſim.maxime ſi pertinacia adiungat:q: in eẽm terrã exiuit ſonꝰ eoꝝ vt dicit pſal.xviij.ꝛ apoſtolꝰ ad Ro.c.x. tranſumptiue in.c.ibi dñs.xix.diſ.dixi late in tracta. inſularũ.c.ſ.§.iij. Et circa iſta ſubdit ibi apoſtolꝰ. Si q̃s aũt ignorat.l.ea q̃ dei ſunt de iure naturali:ignorabitur a Deo:id est reprobatur. ita exponit Brieg. in moralibus:q: ignorãtia q̃ dicit priuationẽ cognitionis neceſſarie ad ſalutẽ:ꝛ est in nobis.ꝛ a nobis. culpa est. pſertim cũ ſumꝰ in via veritatis volũtarie: ab ea recedimꝰ in viã erroris nos p̃cipitates.ꝛ hec est ignorãtia erronea vt in hereticis:q̃ non iuuat q̃n est circa fundamẽtũ fidei:vel circa alia q̃ fidei sunt: adiuncta pinacia. iſtud est notanter voluit Bonauẽ.ij.ſen.diſt.xxix.q.ix.iſtis ergo merito dicet dñs illud q̃d habet Matth.xxv.c. Amẽ amen dico vobis neſcio vos. Eſaye.v. ꝓpterea ductus est populꝰ meꝰ captiuus:q: nõ habuerũt ſcientiã. ps. neſcierũt cõſiderãtia Dei nec intellexerũt. ſap.iiij.c. hieremie.ij. terrãneus.legẽ neſcierũt me. talis dicere pt illud. ps. Lumẽ oculoꝝ meoꝝ nõ est mecũ. de tali intelligẽdũ est illud q̃d habek ſcdo regũ.v.c. Lecus ꝛ claudꝰ nõ intrabunt in templũ Dei. ſcz gloriie eccꝰ q̃ ignorat Deũ: vel ipſuz negat. Claudus q̃ Deũ cognoſcit ꝛ ea que Dei ſunt:nõ tñ operak recte. Cũ aũt iſte Rodericus cecus nõ ſit:q: Deũ cognoſcit.ꝛ credit q̃cquid eccleſia tz q̃uis dubitaret circa vnitatẽ Dei ꝛ virginitatẽ virginis:paratus corrigi:nõ est hereticus ꝛ cẽſeri. Regnum Dei intrabit. pſertim cũ putauerit eccleſiã hoc ipſuz tenere vt ex ſua ꝓfeſſiõe clare ꝓfatur. Cui q̃dẽ ꝓfeſſioni ſtandũ est. q: cũ ſit res q̃ depẽdet ab eiꝰ aio ꝛ voluntate:credẽdũ est ſibi ac ſuo iuꝛo p id q̃d dixit gl. in §.alie.iſti.de act.bo.rex.in.c.ſignificaſti. de homicidio.ꝛ in.c.ſi vero.de ſenten.excõ.vbi qui percutit clericum ignorans probabiliter eum clericum excõicatus non est ſi quam ignorantiam ꝓbat per ꝓpriuum iuramentum.

§ 7 **Non obſtat quod dominus** inquiſitionis promotor in contrariũ adducit ꝛ ſatis ſubtiliter.dicẽdo q̃d cũ predicta verba hereticа ſint et ab eccleſia damnata vt ſupra dictum est:preſumendum est cõtra proferentem q̄ ſerioſe dixerit:et malo animo ac deliberato:q: omne male dictũ aut male factũ ex prava intẽtione proceſſiſſe preſumitur vt.l. ſi nõ conuicij.C. de iniurijs. vbi dicens alteri verba contumelioſa:preſumit dixiſſe iniuriandi cauſa. Ad idem.c.ſ.de preſump.ꝛ.l.ſ.C. de ficarijs. que preſumptio fundat intentionem accuſatoris vel denuntiatoris ꝛ transfert onus probandi in aduerſarium. vt no.in.l.ſiue poſſidetis.C. de probat.ꝛ videtur caſus in terminis in.c.cũ dilecti. de accuſatio. vbi confeſſio etiam iurata que poteſt retorqueri ad bonum ꝛ malum:ex quo prima fronte ſonat in delictum:oz fieri interpretatio in malam partem contra confitentem niſi is qui confitetur excuſationem alleget ꝛ ꝓbet. Nam ibi epiſcopus confeſſus est ſuper dilapidatione naufragio ꝛ ſimonia ꝛ ſua confeſſio poterat referri ad bonum ꝛ ad malum:vt ibi dicit rex. epiſcopus volens ſe excuſare:artatur ad probandũ excuſationes ſuas propter preſumptionem que erat contra eum ex ſua confeſſione ſuper rebus que ſapiunt delictum. vt est ibi rex. ſingularis ſecundum omnes quem ſic inducit dominus promotor fiſcalis contra hunc rodericum. Ad cuius confirmationem facit q̃d notanter voluit Bart. quem alij ſequuntur in.l.aurelius.§.idem queſijt.ff. de libera.le. vbi dicit quod ſi quis confitek ſe occidiſſe hominem ſed ad ſui defenſionem:preſumitur contra confitentem:adeo q̃d eius confeſſio poteſt ſcindi: et acceptari quatenus confitetur hominem occidiſſe:quia homicidium est de genere prohibitorũ. ꝛ quatenus ſubdit quod ad ſui defenſionem occidit:poterit reprobari. vnde niſi aliter probet quod ad ſui defenſionem occidit:condẽnabitur. hanc doctrinam ſequitur Abbas in cabone. el ſecundo. de poſtu. pre. in fi. ꝛ in capitulo cum veniſſent. de inſtitu. ponderans ad hoc illum textũ iuncta gloſſ. reputans eum nor. Idem tenent multi alij de quibus per moderniores in dicto capitulo

